



**AUGVSTINI DATI SENENSIS ISAGOGICVS LIBELLVS  
IN ELOQVENTIAE PRAECEPTA AD ANDREAM CHRI  
STOPHORI FILIVM.**

**Q**uod Redimus iandudum a plerisque uiris etiam disertissi-  
mis persuasit: tum demum artem quempiam in dice-  
do nonnullam adipisci: si ueterum sectatus uestigia  
optima sibi quisque semper ad imitandum proposue-  
rit. Neque enim qui diutius in M. Ciceronis lectioe uersatus sit:  
non in dicendo & ornatus & copiosus esse poterit. Nam & hor-  
ridiora crebrius cosectati: ipsi quoque aridi: ieiuni: & inculti fiat  
necesse est. Lectitanti igitur mihi Ciceronis uolumina quem  
eloquentie parentem appellauerim: pauca annotatione digna  
uisa sunt: quibus si utemur: uulgarium sermonem aspernati  
ad eloquentiam proximus accedemus.

Primum praecipuum uarietati commutationisque ut studeamus  
**S**ed tamen id in primis quisque admonendus sit: quod rhe-  
tor diligentissimus & insignis orator Fabius Quintilia-  
nus de orationis partibus dicere consuevit: Neque enim  
leges sunt oratorum quadam ueluti immutabili necessitate con-  
stituta: nec rogationibus: ut idem dicebat: plebisue scitis sancta  
sunt ista praecipua sed uti in statuis: picturis: poematis: ceterisque  
Ita quoque in exornanda uiri eloquentis oratione plurimum  
semper roboris ac uenustatis habuit uarietas. Atque quod dici  
solet: tenendum cauendumque illud est ante omnia: ne ars ullae  
si fieri potest: esse uideatur. Haec igitur lex prima sit commuta-  
tionis uarietatisque qua eruditorum aures non difficile iudicet.  
Hoc igitur iacto fundamento perpauca deinceps scribam ami-  
ce suauissime: que & si non semper: ut plurimum tamen his ratio-  
nibus tibi seruanda erunt. Sed iam nostri instituti ita nascetur  
exordium.

Secundum praecipuum De situ suppositi Verbi & Appositi  
in oratione.

**D**icitur enim qui oratoriae artis floribus ac faleratis: ut  
dicitur: uerbis student contra tritam uulgatamque grammati-  
cae consuetudinem quod in calce absolute orationis locari  
consuevit: id illi potius coaptat initio: quam omne tibi fiet exemplo  
manifestius. Scis plenam orationem consistere tribus partibus: quod  
suppositum: ut eorum ipsorum uocabulis utari: quod uerbum: quod  
appositum uocant. Dicunt igitur grammatici: Scipio Africa-  
nus deleuit Carthaginem. Ornatiores uero eloquii homines econ-  
uerso potius utuntur ordine. Carthaginem Scipio Africanus  
deleuit. Illi, M. Cicero familiariter utitur. P. Lentulo. Hi uero  
P. Lentulo. M. Cicero familiariter utitur. Quibus exemplis





patere arbitror: Appositum primum in oratione: suppositum medium: nouissimum uero locum uerbum tenere. Sed & si quid pro grammatiorum more post appositum situm erit: id in initio orationis poni solet. Cuius rei exempla subnectam. Scipio Aemilianus euerit Numantiam urbem opulentissimam Hispaniae. Hispaniae opulentissimam urbem Numantiam Scipio Aemilianus euerit. Non ignoras esse multa genera epistolarum. Epistolarum genera multa esse non ignoras. Lygurgus condidit sanctissimas leges Atheniensibus. Atheniensibus leges sanctissimas Lygurgus condidit: multaque consimili ratione. Appositum igitur plerumque principio ponitur. Suppositum medio sine uerbum. Ut Ariopagum Solon Salaminius primus constituit. Ceterum diuersis & ordinibus & locis locandae partes sunt pro auri iudicio: quod quidem solo usu comparatur.

Tertium praecipuum De aduerbiorum situ.

**L**am uero de aduerbiis: que sunt uelut adiectiua uerborum: dici potest: passim ubi uis loci ponenda esse: ubi demum aptius congruere uisa fuerint. modo in principio: modo in fine: modo interiecta inter utrumque. Qua in re diligenti est utendum consilio. Sed prope uerbum frequentius perueniam reddunt orationem. ut Fabius Maximus ante alios fortiter atque animose pugnabat. C. Lellius Scipione familiarissime utebatur. Clemensissimus Cesar humaniter ignoscebat. Nunc uero ad reliqua

Quartum praecipuum De praepositionum & integrarum plerumque orationum interiectione inter substantiuum & adiectiuum.

**P**raepositiones perpulchre inter substantiua atque adiectiua nomina interiacent: ut feraci in agro ornatissimo in loco: maximas ad res: hanc ob causam: iustis de causis: aliaque eiusmodi complura. Nec praepositiones solum sed alia praeterea huiusmodi: quorum nunc sumemus exempla. Maxima in remp. diligentia. Magna in parentes pietas. Incredibilis in omnes ciues obseruantia. Summa in hospites liberalitas.

Quintum praecipuum De interiectione genitiuorum inter duos nominatiuos & econtra

**A**tque etiam pulcherrimum inter duos casus puta nominatiuos duos aliquid concinne ponitur. Omnia rei. P. iura. Constantes militum animi. Immania sceleratorum hominum flagitia. Et econuerso etiam constituta ac transposita oratio plurimum exorant: ut huius claritudo uiri: huius quirites auctoritas loci

Sextum praecipuum De adiectiuorum situ

exornat



**A**enuste etiam præcedit adiectiuum nomen subit antiu-  
ut tua dignitas: optima uirtus: diuinum in genium: ex  
quisita doctrina. Magni & enim refert quo loco queque  
dictio sita sit: quod testatur Boetius in his comen-  
tariis: quos in Aristotelis libros conscripsit: ubi & Ciceronis & Virgilii  
exempla ponit. Boetii autem ipsius hæc uerba sunt. Et enim  
quantum ad compositionem orationis spectat: maximum dif-  
fert: quo uerba & nomina prædicationis suo ordine proferantur.  
Multum enim interest in eo quod ait Cicero: Ad hanc  
amentiam natura peperit. Voluntas exercuit. Fortuna serua-  
uit. Ita dixisset: ut dictum est: an ita ad hanc te amentiam pe-  
perit natura: exercuit uoluntas: seruauit fortuna. Sic enim  
minor est sententiæ magnitudo: minusque in ea lucet id quod si  
sic componatur: eminet: & sese uel nolentibus hominum auribus a se  
patefacit. Rursus quem dicit Virgilius: paci imponere mo-  
rem: potuisset seruare metrum: si ita dixisset: moremque imponere  
paci: sed esset debilius sonus: nec eo ictu uersus tam præclare  
ut nunc compositus diceretur: quod idem non est apud dialecti-  
cos. Hæc uero Boetius. Nunc ad reliqua.

Septimum præceptum De situ negatiue dictionis.

**N**egatiua dictio apte in calce orationis ponitur: ut præstā-  
tiorē te uidi neminē. Scipione clariorē imbecillis laudi  
bus inuenies neminē: tua erga me beniuolentia: tuo in me  
animo gratius est nihil: qui te ardentius amet: habes neminem.

*in bellicis*

Octauum præceptum De possessoris ante possessionem situ.

**S**ed & possessor anteq̄ possessio: optimi uiri diuitiæ: præ-  
stantis uiri uirtus: prudentissimi hominis consilium.

Nonum præceptum De usu gerundiorum nominum  
pro gerundiis.

**Q**uid uero pulchrius? quam si pro gerundiis que appel-  
lantur: utentur gerundiis nominibus: ac tritum est id Pri-  
sciani exemplum. Veni causa amandi uirtutem. Veni amā-  
de uirtutis causa: gratia gerendi belli: gerendorū bellorum gra-  
tia: ad amplexandam uirtutem: magis quā ad amplexandū uir-  
tutē: que una præceptio optima est: crebraque eius apud Marcū  
T. aliosque eloquentes uiros semper fuit obseruatio.

Decimum præceptum De congruentia nominis relatiui plæ-  
runque cum consequente.

**N**unc autem multa conficiam: quæ si diligenter aduerte-  
ris: haud parum latino ornatore conducent eloquio.  
Sed id mihi in primis animaduertendū uidetur: ut quom-  
tria fuerint: antecedens: consequens: & eorum mediū: relatiuū  
nomen si sit: id consequens uel hoīs uel rei cuiuspiam propriū  
nomen: tum relatiuum consequenti semper congruat: alioquin



non latina oratio fit: sed doctissimorum hominum consuetudine aliena: alias potest cum alterutro conuenire si non consequatur proprium nomen: quam rem facile exempla declarant & priscorum auctoritates complures. M. Cicero primo tusculanarum quaestionum studio sapientiae quae philosophia dicitur: & Ci. de rep. Concilia coetusque hominum iure societari: quae ciuitates appellantur. Atque iterum: ex illis sempiternis ignibus quae uos sydera & stellas nuncupatis: Salustii quoque illud tritum est. Est locus in carcere: quod tullianum appellatur. innumerabilia in uetustis codicibus id genus inuenies. Nec id est grammaticae artis uitium: quod quidam ignari litterarum arbitrantur. Sed & nos adhuc aliquid exemplorum afferamus: praclarum est Ciceronis opus: qui Cato maior dicitur: nam quod Cato maior dicitur: non latinae profertur: consimiliterque urbis uisceribus consulendum est: qui sunt ciues. perditii uiri ex urbibus pellendi sunt: quae est & ciuitatum pernicietas & sentina dedecoris: praerunquam igitur relatiuum nomen cum eo concors est: quod sequitur.

xi. praecipuum De congruentia in casu ex tribus eorum duorum:que proximus iunguntur.

**I**llud quoque inspectandum est: nam quom tria existant quorum unum relatiuum nomen sit: frequentissime eorum duo in eiusdem casu exitu conueniunt: nam ut exempli causa dicam aliquid: si quis hunc sermonem protulerit: liber in quo de uirtute agitur: praclarus est. Rectius atque ornatus dixeris. In quo libro de uirtute agitur: praclarus est. Concordant namque eodem casu ex tribus duo illa: quae maiore uicinitate iuncta sunt. Aliud iterum exemplum huiusmodi sit. Quas misisti litteras ad me iucundae fuerunt. Sermonem quem audistis: non est meus: quam existimas Demosthenis orationem: Eschynis est: atque huius sermonis crebrum inuenire poteris apud ueteres usum. M. T. de officiis primo. quorum autem officiorum praecipua traduntur: ea quamquam pertinent ad finem bonorum. Vir. maro in enei. urbem quam statuo: uestra est. Terentius in andria. Posthac quas faciet de integro comedias: spectandae an exigendae sint uobis prius. Idem populo ut placerent: quas fecisset fabulas. Idem quas credis esse has: non sunt uere nuptiae: atque eiusmodi sermo plurimum exornat.

xii. praecipuum De auxesi positurum cum per.

**I**D quoque annotatu dignissimum est: quom positiua uelimus exaugere nomina: ut his praepositio accedat Cicero in epistola ad Curionem. Carus eque sis & piucundus ac fuisti patri. Idem de oratore in primo: per beati Quinte frater illi uidere solet. Terentius in eunucho. Perpulchra credo



dona haud nostris similia. nam pergratum ualde gratum signi-  
ficat: & in oratione lepide personat.

xiii. præceptum De superlatiuis cum multo: longe & quam.

**A**T superlatiuis: multo: longe: & quam aduerbia præponi  
mus idque sepe numero perpulchrum uideri solet: ut lōge  
amātissimus nostri: multo omniū fortūatissimus. & ago  
tibi quammaximas gratias.

xiiii. præceptum de comparatiuis cum multo aut longe.

**Q**omparatiuis uero: uel multo uel longe preponi solet  
ut iusticia multo preclarior est ceteris uirtutibus: & So-  
crates longe aliis philosophis est sapientior.

xy. præceptum De quibusdam nominibus: quæ a græcis pro-  
fecta declinationem mutant.

**I**llud nequaquam omiserimus: cum enim nomina quæ  
piã sunt pfecta a græcis terne flexionis & obliquos casus  
habēria: quæ rectū supent: latini oratores frequētissime  
casibus accusatiuis illoꝝ quibusdā imutatis fingunt aliaꝝ decli-  
nationum noīa: & genus seruat. qualia pœmaton enthymema  
tū delphinus elephātus & lampada existūt: quæ a plæriscꝫ ter-  
tia flexione proferūtur: ut pœma enthymema delphin lampas  
hanc tu obseruationem diligenter commenda memorie.

xvi. præceptum Quando eleganter ostendere uolumus quid  
piam nobis esse iucundū utile uel honestū. & cætera id genus.

**Q**uom autem uolumus ostendere nobis aliquid iucundū  
honestū utile esse: tum datiuus cum uerbo utimur sum-  
mes est substantiuoꝝ: quorum illa adiectiua sunt: nã ne ab  
exemplis discedam: quid aliud significat hæc res mihi iucūdi-  
tati est: quam hæc res est mihi iucunda. idemque ipsum: tue  
mihi litteræ fuerūt gaudio: quod est ad gaudium: uel gaudiū  
mihi attulerunt: leges dignitati sunt reip. præclara urbis edifi-  
cia ciuibus decori sunt. i. decus pariunt ciuibus uitia dedecori  
sunt hominibus: idest uitia dedecus pariunt hominibus: deꝫ  
cæteris consimili ratione.

xvii. præceptum De afficio & afficior.

**A**erbum afficio pulchrum est: & late patet. nam afficio  
te uoluptate: est tibi uoluptatem affero: afficio te hono-  
re idest te laudo. afficio te pbro: ē te uitupero. afficio te  
cōmodis: est tibi cōmoda facio. afficio corpora sepultura: ē ca-  
dauera sepelio afficio inimicos iniuria: ē facio iniuriam inimi-  
cis: atque similiter afficior dolore idest doleo. afficior gaudio. i.  
gaudeo. afficior uerecundia: idest uerecundor. Latissimaque est  
huius uerbi usurpatio: Nec te lateat afficere significare dispo-  
nere: hincque est pīnii illud Viua uox magis afficit: neque enim  
sine optimis causis tam lata tamque diffusa sit eius uerbi signi-



ficatio. sed de hoc satis.

xviii. præceptum De tum uel & geminatis.

**N**on est autem ignorandum: quod si duo aut plura duobus: quod perraro usu uenit: pariter se habuerint: utriusque tam dictionem preponimus: quod liqueat exemplo: par est in C. Lellio doctrina ac uirtus: quantaque est eius uiri probitas: tanta quoque est eius scientia: tunc splendide ac recte dixerim. C. Lellio uir tum doctus est. tum probus. Itidemque magna inest in C. Lellio tum uirtus tum doctrina. C. Lellius plurimum tum laude tum rerum scientia ualet. aliud item exemplum. Themistocles tum consilio pollet in urbanis rebus tum in bellicis negociis uiribus atque animi magnitudine floret. Sic enim tantum ostendi esse in rebus urbanis consilium: quantam in bellicis magnitudinem animi: quod tum geminatum positum est: sed eandem quoque uim habet geminata & coniunctiua: Aeneas est & terris iactatus & alto. Idem profecto significat Aeneas tum pelagi tum terrarum labores perpeffus est. Africanus item singularis & uir & imperator. Idem sibi uult Africanus magnus extitit tum uir tum imperator

xviii. præceptum De cum & tum

**Q**uod si duo contra nequaquam paria sunt: sed alterum minus complectuntur: alterque uero magis ita efficiendum est: ut quod leuius existat: locemus prius: atque ei cum dictionem preponamus. Quod autem grauius ualidiusque: id posterius positum tum dictio præcedat: quod patefacimus exemplis. C. Lellius amat Scipionem: propterea quod eum doctum cognouit hominem: & in sper uirum optimum: quod postremum ad amorem uahementer impellit. quare ita est oratio iustitanda. C. Lellius amat Scipionem cum ob doctrinam eius: tum propter uirtutem. Ita uirtus in hac beniuolentia plus momenti habet quam doctrina: atque item si dixerim. Cum omnes fortunati sunt: qui bene uiuunt: tum perbeati: qui omnia deserunt: & uirtutem solam complectuntur: hos nanque posteriores multo esse beatiores constat: si quis superius modo allatam præceptione intellexerit. Hoc. M. Cicero in primis frequenter usurpat. Ex quo illud: cum omnibus consulendum est: tum his que armis positis ad imperatores & sese deditibus multo magis consulendum esse: atque in Catone maiore mirari sese aiebat sceuola M. Catonis cum cæterarum rerum perfectam sapientiam: tum quod nunquam illi fuerit senectus grauis: sed hac de re satis.

xx. præceptum Vt quempiam laudari aut uituperari oporteat.



**L**Am uero explicandum est : qua ratione quamquam per  
sonam aut laudari aut uituperari oporteat : quod ad de  
corem sermonis pertineat. Nam id trifariam posse fieri  
cōperimus ex monumentis litterarum . Si ergo uelim ostēdere  
M. Catonem habere magnam uirtutem : cum uerbo sum es est  
ita commodissime fiet . M . Cato uir est magnæ uirtutis . M.  
Cato uir est magna uirtute . M . Cato uir est magnus uirtute :  
Plato philosophus fuit præstans ingenio: uel præstans ingenii: uel  
præstati ingenio. Mulier ē clara moribus: clarorū morū: claris  
moribus. Vir egregius laude: egregiæ laudis: & egregia laude :  
sed illud prius magis poetarum est : postremum uero splendi  
dum ac perspolitum . Aristoteles scientiæ copia : philosophus  
exquisita doctrina. Vir acerrimo ingenio : quod quidem ut di  
fertissimus Priscianus inquit : significat Aristotelem haben  
tem scientiæ copiam: & qui habeat exquisitam doctrinam: cete  
raque consimili ratione: quod quidem A . gellius sentire uide  
tur in noctibus atticis . Est enim uelut defectio quædam : sed  
ea trita usurpataque ab eloquentissimis uiris & clarissimis ora  
toribus: qua & nobis quoque utendum est

xxi. præceptum De accusatiuis & ablatiuis participiorum lo  
cum tenentibus infinitiui uerbi .

**A**T qui participiorum tum accusatiui casus sepe tū abla  
tiui locum tenent infinitiui uerbi. hinc illud Salustianū  
Nā & priusquā incipias consulto: & ubi cōsuleris: matu  
re facto opus ē: Et terentiana Misis glycerium alloquēs amicā  
pamphili iam iam inuentum tibi curabo & adductum tuum  
pamphilum: Omnia nanq; illa consulto: facto : inuentū: addu  
ctum : consulere facere inuenire adducere designat . Verum  
frequenter oratores his rationibus ablatiuorum casuum utun  
tur: accusatiuorum perraro . Et quoniam de nomine quod est  
opus: attullimus mentionem: intelligendum est. Opus est mihi  
hac re : significat me egere hac re : sed id uariis casibus iungi  
solet. Nam & opus est mihi tua opera nominatiui casus: & tuæ  
opere: & tuam operam: & tua opera dicimus: sed hoc postremū  
ornatius ē: & totum oratorium: ceteris rationibus poetæ potius  
historiciq; utuntur . Nos autem quædam precipimus ut & co  
gnoscamus a ueteribus usurpata: eisdemq; utamur : quædam  
uero: ut nonnunquam cognoscamus solum. Nam opus ē mihi  
hanc rem nunquam orator dicat.

xxii . præceptum De commutatione adiectiui & substantiui  
in uoce genere & casu.

**Q**uid illud nōne pulcherrimum est ? ut quom duo nomi  
na alterum adiectiuum : substantiuum alterum eodem  
casu exitu pferri debeāt: ut sepe creberrime que quodā



modo tertiam adiectiui nominis uocem: que est neutra: in uim substantiuam transferamus: & substantiuum id prius genitiuo casu locemus: quod ut frequens est eruditis ac disertis uiris: ita quoque erit exemplo manifestum. Nam quom multam uirtutem dicturus sum: simul tum uirtutis loco eius orationis posuero: multo protulerim uenustius: multum enim pecuniæ significat multam pecuniam: Plurimum uirum plurimas uires. Quid animi quis animus: quid rei: quæ res: quid cause: que causa. Aliæ item permulta: sed animaduertendum est: nam si genitiuus ille casus fuerit singularis totam item orationem singulariter exponere debemus: si pluralis: pluraliter: nam exempli gratia multum pecuniæ: idem est quod multa pecunia singulari numero: at contra multum pecuniarum significat multas pecunias simili: que est & aliorum ratio: ut multum roboris singulare est: plurium uirium autem pluralē quoque habet significationem. Et aduerbia quoque nonnulla uim eandem retinent: præsertim uero duo hæc: parū & satis. Nā parum sapientie est parua sapientia: satis uirium sufficientes uires: & nihil quoque siue nomen siue aduerbium sit in eandem sepe obseruationem cadit. hæc igitur hætenus.

xxiii. præceptum Vt geminandum est epitheton sequentibus substantiuis aut econtra.

**Q**uonia autem singula hæc fere inuestigamus: id quoque dignum cognitione est: ut quom duo meminerimus substantiua nomina: quoque utriusque idem epitheton adiciendum sit: ut adiectiuum ipsum principio collocemus cum sequentibus substantiuis: uel tum geminatum: uel duplicatum & præponamus exempli uero causa afferantur Ciceronis uerba: Africanus singularis & uir & imperator: quod est Africanus singularis uir & singularis imperator. propter magnam & doctoris auctoritatem & urbis: quod est propter magnam auctoritatem urbis: & propter magnam auctoritatem doctoris. Præclarus & miles & ciuis illustri tum uir: tum philosophus optimus: tum patriæ defensor: tum gubernator. Iustus & rex & iudex. Consimiliaque eodem modo se habent. Sed & sepe numero contra eodem ordine uni substantiuo preposito duo adiectiua aut plura deseruiunt: exempla sunt: quæ nunc constituam. Vir tum bonus: tum etiam temperans. Imperator & callidus & fortis. Iudex & integer & solers. Ornamenta ciuitatis tum multa tum præclara. Alia tum ipse coniecta. Nonnunquam & duo substantiua ita se habent: ut alterum uim suam ubique conseruet: ac tueatur. alterum quasi quendam obtineat adiectiui nominis locum: & eius fugatur officio. quale est Virgilianum illud in primo enei. Molæque & montes



in super altos iposuit: ac si dicat: molestos montes iposuit. Cauendum est ne ab honestate naturaq; discedamus perinde ac si dixerit. Cauendum est ne a naturali honestate discedamus. Sed nota tibi hæc sunt.

xxiii. præceptum. De extremis supinis pro gerundiis accusatiui casus.

**S**ed ne quasi historiã texens dicendorum seriem nequam. Ita quæq; patefecerim: ut sese mihi forte quædã obtulerint. Cæterum non ignoras: ut ipse arbitror: extrema supina plærung; orate ac peruenuste significare gerundia accusatiui casus additione præposita: ut res difficilis creditu. idest ad credendum Memorabilis uisu: ad uidendum: iucunda auditu ad audiendum: suavis gustu ad gustandum: per multaq; con simili ac pari modo sese habent.

xxv. præceptum. De exasperatione orationis per mutationem superlatiui cum adiectione aduerbii superlatiui admodum. uel in primis.

**N**ec id te amice lateat ut quom fuerit superlatiuũ. quodpiam durius asperiusq; & superlatiue significandũ sit. ut pro superlatiuo positiuũ afferamus & ei superlatiuũ aptumq; ponamus aduerbium. Nam maxime memorabile facinus: est memorabilissimum facinus. Maxime rarum genus hominum: est rarissimum genus hominum. Sed admodum & in primis positiuis adiuncta uim eandem retinent.

xxvi. præceptum. Ut quempiam mediocriter aut uæhemeter laudabimus.

**I**d autem nequaquã silentio præterierim ut si quẽ: qui uirtutem habeat uelim mediocriter laudare: dicam exempli causa. Pericles uirtute præstans princeps erat Athenis uel quod multa præclara gesserit. Themistocles rebus gestis floruit. Si uelim uæhemeter ac plurimum laudare: adiciã gloriam siue laudẽ & causam laudationis casu genitiuo constitutam. Pericles: ut iisdẽ exemplis agã: uirtutis gloria præstas Athenis claruit. Themistocles gestarũ rerũ laude emicuit. Sicq; M. Antonius præstabat eloquentia: mediocriter laudatur: ac fere exiliter. L. Crassus eloquentiã gloria excelluit uæhemētissime laudatur. Sed tu pro tui ingenii bonitate cætera deducito

xxvii. præceptum. Quotiẽs singularis & pluralis numerus connectuntur: uiciniori respondendum est: idemq; fit in diuersis generibus.

**Q**uotiens noia quod ipse quoq; testatur grãmaticus. Seruius pluralis & singularis numeri connectuntur: respondemus uiciniori: Vir. primo enei. hic illius arma hic cur



rus fuit: non autē fuerunt. Terentius in andria. Amantium ire amoris reintegratio est. xenophontis delitie meæ sunt hostes eorumque exercitus properabat. Atque ita frequentius obseruatur. Idem fit in diuersis generibus. Nam siue masculinum. siue femininum est: uiciniori respondeamus: ut uir ac mulier optima uenit: intelligitur namque optimum esse uirum & optimam mulierem. quæ uenerit. Verum si plurali numero uelimus uti: ad masculinum transire necesse est: ut uiri & mulieres leti properant. Alexander & Olympias clarissimi extiterunt.

xxviii. præceptum. Opere præcium est.

**O**pere præcium est quod peruenustum est significat modo utile esse: modo necessarium: modo iucundum. modo laudabile. Atque his significationibus id nominis ueteres usurpabant.

xxviiii. præceptum. Frui.

**F**ruere quapiam re est fructum siue utilitatem uel uoluptatem percipere ex ea: ut quom dixerit quis ocio fruor.

xxx. præceptum. præ se ferre.

**P**re se ferre aliquid esse uerbis aut iudiciis quibusdam id ostendere: & quoddammodo confiteri. M. Cato præ se fert grauitatem: hilaritatem præ se fert Iellius.

xxxi. præceptum. Rationem habere.

**R**ationem habere est respectum habere: sed ut planius exponam: habere rationem alicuius rei: est rem considerare: ut habere rationem temporis: loci personarum: est ea omnia ratione complecti & considerare.

xxxii. præceptum. Complector animo.

**C**oncedere rem mente animo moue complector: id est hanc rem considero & uoluto in animo.

xxxiii. præceptum. In animo.

**I**n animo est significat in animo habeo: & animus mihi est. id est uolo.

xxxiiii. præceptum. Certum est mihi.

Certum est mihi est deliberaui & decreui.

c xxxv. præceptum. Prosequor.

**P**rosequor te laude: est te laudo: prosequor te honore. est te honoro. prosequor te probro est te uitupero.

xxxvi. præceptum. Benemereri.

**B**enemeritus sum de rep. est beneficiū in illam contuli: benemereri de amicis: est conferre in amicos beneficia.

xxxvii. præceptum. Aequè ac & atque.

**A**equè pro ita: ac uel atque pro quam uel ut ornatissime ponuntur: exemplum est: aequè te laudo atque Ciceronem. sicut

Ciceronem xxxviii. præceptum. Haud secus.



**H**Aud pro non secus pro aliter in eadē orōne uenuste . ac  
cōcine se habēt: ut haud secus sentio atq; tu . i . ita sentio  
sicut tu . xxxviii . præceptū de cōparatiō loco positiui

**N**onnunquā & perpulchre cōparatiua pro positiuis ponū  
tur: ut Alexander Macedo corpus habebat . imbecillius  
quod imbecillū significat: Satyri in seelera uāhemētius  
inuehuntur: quod est uāhementer .

xxxx . præceptum . Dare rem uitio uel laudi .

**D**O tibi hanc rem uitio: est uitupero te de hac re : do tibi  
crimini: est te criminor: do tibi laudi . i . te laudo .

xxxxi . præceptum De subiunctiuo loco indicatiui & il  
lius pro huius temporibus .

**S**ed ne illud quidē negligendū est subiunctiuus modus .  
pro indicatiuo: & illius tempora pro huius temporibus  
interdū haud illepide ponuntur: ut uelim pro uolo : &  
gererem pro gerebā: dilexerim pro dilexi: fecissem pro feceram  
gratū fuerit pro gratum erit: feceris pro facies . Id omniū mul  
tum ornatissimū: si oportunis locis agatur: quod ubi factitādū  
sit: & peritorū aures facile censebunt: quāobrem exercitatio ad  
hibenda est non mediocris: quæ omniū magistrorū . præcepta  
superat: quod si quis nouerit græcas litteras: ei quod modo ex  
plicatum est: non difficile persuadetur .

xxxxii . præceptum Partim hominum . & huius aduerbii ge  
minatione .

**P**artim hominum uenerūt persepe dicitur A . gellio teste  
& est idem quod pars hominū . i . quidam homines : nam  
partim hoc in loco aduerbiū ē: neq; inclinatur casus . sicut  
cū & cū partim hominū dici potest . i . cū quibusdā hominibus  
& quasi quadā parte hominū: sed hoc tū est splendidius cū i  
oratione iterū fuerit additū: ut est illud . M . T . in epistolis: nam  
qui istinc ueniunt partim te superbū esse dicunt : quod nihil  
respondeas: partim cōtumeliosum: quod male respōdeas: & qui  
ciuitatibus præsunt: partim nobiles sunt . partim populares :  
quod est: aliqui nobiles sunt: aliqui populares .

xxxxiii . præceptum . Decimus quisq; .

**D**etiā est optimū cognitu: quod decimus quisq; est unus  
ex numero denario: sicut milesimus quisq; est unus . ex  
numero millenario: hinc est illud Cæsar in comētariis  
cognoscit uero decimum quēq; esse reliquum militē sine uul  
nere: quo exemplo uti perpulchrum est .

xxxxiiii . præceptum . Quotusquisq; .

**Q**uotusquisq; homo idest quot homines quotusquisque  
miles idest quot milites .

xxxxv . præceptum Perquam cum positiuo .



**P**er quam una dictio duntaxat pulcherrime positius ad  
iungitur nominibus: ut perquam doctus philosophus:  
perquam comis amicus.

xxxvi. præceptum Alias geminatum locum tenet modo ad  
uerbii.

**Q**uid illud? nunquid non lepidissime usurpamus: ut in ea  
dem oratione iterum alias usurpatum locum obtineat.  
modo aduerbii: quale esset: si quis dicat: oēs hoīnes eodē  
sunt ferme nati īgenio: alias quidē ridēt alias uero lachrymāt:  
oēs itē ciues alias boni alias mali nunq̄ eisdē sunt moribus.

xxxvii. præceptum Ire ī castra.

**M**arcus Antonius iuit in castra: multifariā dicitur. M. An  
tonius castra petiuit: ī castra profectus ē. Se ad castra cō  
tulit. Se ad castra recepit. Se ad castra perduxit.

xxxviii. Viginti annos natus.

**H**ic habet uiginti annos: quod ueterum consuetudine dici  
tur contra pedagogicam opinionem aliis quoq̄ rationi  
bus dicitur: hic uigesimum annum agit: degit uigesimū  
etatis annum: est uiginti annos natus. Sed hoc postremum ora  
tori congruit.

xxxviiii. præceptum In eloquentia laborare.

**C**icero laborat in eloquentia Cicero operam in eloquētia  
confert. Cicero dat eloquentie operam. Cicero tempus ī  
eloquentia conterit. Cicero etatem in eloquentia consu  
mit. In studiū incūbit eloquētie: & alia deduc pro tuo iudicio.

L. præceptum Habeo: teneo hanc rem memoria.

**H**abeo hanc rem in memoria: non minus usitate dicitur.  
quam habeo siue teneo hanc rem memorie: teneo hanc  
rem memoria: huius rei memoriam habeo.

Li. præceptum Voluptatis me capit obliuio.

**O**bliuiscor uoluptatis uel cuiuscunq̄ alterius rei: uolupta  
tis me capit obliuio: amicorū me capit obliuio & idē uer  
bum cum cæteris noībus iunctū diuersa significat consi  
mile ordīe: ut capit me satietas cītatis: & capit me hoīnū odiū.

Lii. præceptum Contineo me ruri uel in urbe.

**A**rgilius rus incolit: ciuitatem habet: pulchre dicitur cō  
tineo siue contineo: ut Vir. ruri se continet: sese ī urbe.

Liii. præceptum Præter & præ uenuste ostentant ali  
quam rem aīam antecellere.

**S**i quis uellet ostentare aliquā rē aliā antecellert & ultra  
illā ualere: uenuste dicitur uel per accusatiuū præposita  
præter: uel cum præ ablatiuo præposita: ut Cæsar præ  
ter cæteros rebus bellicis pollebat: uel pre cæteris pollebat: uel  
Cæsar ultra alios pollebat rebus bellicis pulcherrime dicitur.



Liiii. preceptū Est facili ingenio uel facillimis moribus natus  
**L**ellius hēt faciles mores uel facilē naturā : ornatius dici  
tur Lellius ē leni ingenio natus. facili natus ingenio uel  
facillimis moribus: Scipio natus est tristi ingenio. & de  
reliquis consimiliter.

Lv. preceptum Valeo & Polleo cum ablatiuis.

**V**aleo & polleo uerba & splendida sūt & latissime patēte  
& ablatiuo casu coniungūtur hoc pacto. Aurelius Augu  
stinus plurimum ingenio ualuit Milo corporis uiribus  
plurimū ualuit. Hyppocrates ingenii bonitate: Mitridates me  
moriam: Marcus Cato in ciuitate plurimū auctoritate pollebat.

Lvi. preceptum Clareo & Floreo.

**C**lareo & floreo eadem ferme ratione se habēt: ego apud  
diuū Cesarem multū siue possum siue ualeo : ornate ac  
splendide dicitur: apud diuū Cesarē plurimum mea ua  
let auctoritas. Hortensius multū pōt in senatu. Ornatus : mul  
tum Hortensii in senatu auctoritas ualet: quæ potissimū signi  
ficat eā opinionē: quæ est apud homines de alicuius uiri præ  
stantia: quæ uulgo ac trita cōsuetudine reputatio nūcupatur.

Lvii. preceptum Sum datiuo iunctum habere significat. &  
quoddammodo possidere.

**Q**uod id perbellū est. Est mihi apud te fides. id est tu  
adhibes mihi fidem: quod est accuratius aduertendum:  
nam plæruncq; solet sum es est uerbum datiuo iunctum  
significare habere & quoddammodo possidere : ut est mihi pe  
cunia: est Cesari magna potestas: illud significat me pecuniam  
habere: hoc habere Cesarē magnā potestātē cuius constructiōis  
crebra apud priscos & disertos uiros obseruatio est.

Lviii. preceptum Recordor hanc rem : hæc res mihi in men  
tem uenit.

**R**ecordor hanc rē potiusquā: huius rei dicitur: ac idē  
dicitur: huius rei subiit me recordatio : hæc res mihi in  
mentē uenit: sed magis proprie in mētē uenit ē mihi oc  
currit uel mihi succurrit: quod postremū minus usitate dicitur

Lviiii. preceptū Presto antecello aliquando cum accusatiuo.  
aliquando cum ablatiuo.

**P**resto & antecello: quæ uenuste personant uerba. aliquā  
do datiuo: aliquando accusatiuo pulcherrime iungūtur  
cum accessione ablatiuorum eius rei : cuius est præstan  
tia: ut presto tibi acumine ingenii.

Lx. preceptū De frequentatiuis uerbis loco primitiuorū

**S**epenumero frequentatiua uerba: quæ appellāt primiti  
uorū uerborū: a quibus originē traxerūt: significationē  
retinent. Præsertim si prima illa asperiora fuerint : ut



coniecto pro conicio. mansito pro maneo. imperito pro impe-  
ro: amplexor pro amplector: & alia item pene innumerabilia. si  
quando uerbi asperitas ulla contingat: quod eruditorum iudi-  
cio relinquimus.

Lxi. preceptum De & dis mutant significationem.

**D**E uerbis adiecta præpositio per se præ contrariam mutat  
significationem: ut præcor & depræcor contraria sunt  
horror & dehorror. Nonnunquam idem dis efficit: ut sua-  
deo & disuadeo: quanuis in eisdem uerbis nonnunquam auget  
præpotius quam uim commutat.

Lxii. præceptum Ex & de amplificant.

**E**X & de composite uæhementer amplificant: ut exoro.  
quod ab ex & oro deductum est: significat impetro. Te-  
rentius in andria. Gnatham ut det: oro: uixq; id exoro.

Lxiii. preceptum Suadeo. persuadeo. facio. perficio.

**S**icutq; suadeo significant orationis officium: quod est bene-  
dico: atq; persuadeo benedixisse significat: quod est ora-  
toris finis: Id est impetro atq; obtineo: unde & crebro nõ  
solum suadeo uel etiam persuadeo sed facio & perficio explora-  
ta sunt.

Lxiiii. preceptum De aduersatiua dictione.

**D**urimum etiam orationem ac sermonem exornat aduersa-  
tiua quanquam modo indicatiuo coniungatur: quod ubi  
M. C. seruauit: aliq; doctissimi uiri: sed huius exemplum  
sit: Quanquam te ante hac diligebam: nunc tamen ob singula-  
rem uirtutem uæhementer admiror: nam tria sunt: quæ quod-  
dam sibi inuicem ordine coniunguntur: quorum prius ac leui-  
us est diligere: postremum admiror: quod uæhemens ac præci-  
puum est: & eorum medium obseruo: quod est reuereor: & colo:  
ex quo obseruantia reuerentiam significat. Sed item aliud exem-  
plum: quanquam mihi sunt omnium amicorum iucundæ lit-  
teræ: tuæ tamē iucundissime fuere. Verum sed pro tamen post-  
quanuis raro collocamus: ut quanuis mihi antehac carus eras.  
sed nunc profecto es carissimus.

Lxv. præceptum Nõ solū: sed etiā. uerū etiā. uerū quoq;

**A**D hæc illa duo orationem peruenustam reddunt sibi in-  
uicem respondentia: quorum alterum est non solum si-  
ue non modo. seu non tantum. Alterum est sed etiam uel  
uerum etiam. uel loco etiam posita quoq; & aliquibus interiec-  
tis quorum omnium exempla subnectam. Hæc mihi res nõ so-  
lum grata est: sed etiam iucunda. M. Antonius non modo erat  
Ciceronis inimicus: uerum etiam hostis patrie. Mar. Cice. non  
tantum ingenio ualebat: sed uirtute quoque florebat plurimū  
Alexander non solum reliquum orbem subegit uerum etiam



& ipsum quoque romanum imperium cogitabat attingere.

Lxvi. præceptum Tam & quam.

**A**T si etiam tam & quam sibi correspondent: ut tam cara mihi patria est: quam tibi iucunda uita: sed facile tute hæc intelliges.

Lxvii. præceptum Ego ipse pro egomet.

**P**ro eo autem quod ceteri exprimere consueuerunt. Pro nominibus addentes uel te uel met syllabicas adiectiones: Cicero potius idem effecit hoc pronomine ipse. a. u. & illa fere adiectionum locum obtinet: ut ego ipse: magis quam egomet: tu ipse: ille ipse: nos ipsi: uos ipsi: illi ipsi: ut nunquam secus dicendum sit.

Lxviii. præceptum Ut familiaritatem conuersationem & similia ornate exprimemus.

**M**V mihi familiaris es: ego te uitor familiariter: tu mihi amicus es: ego te amico uitor: tu mihi magister es. ego te magistro uitor: ego tecum frequenter uersor: frequens mihi tecum est consuetudo: que sepe conuersationem significat. Habeo te cum magna amicitiam: magna tecum mihi est amicitia: & item alia multa: ut sunt cum omnibus malis uiris inimicitia: nam rectius dixerimus inimicitia in plurali numero quam singulari.

Lxviiii. præceptum Nihil cum comparatiuis.

**S**ed neutra uox ac potissimum in comparatiuis nominibus tum femininam tum masculinam reddit orationem. Ut nihil est hoc homine melius: fere est idem quod nullus est homo hoc homine melior. Nihil hac uirgine est formosius: quasi id est nulla uirgo hac est formosior: & in ceteris aliquando consimiliter.

Lxx. præceptum Munus pro officio: & consimiliter partes

**M**Vnus pro officio ornatissime dicitur: ut hoc est amici munus. idem & amici officium: fungor boni uiri munere. fere me idem est quod facio boni uiri officium: Sed & partes plurali numero consimilem habent significationem: ut mee partes sunt: id est officium meum est: uel pertinet ad me.

Lxxi. præceptum Caueo cum ablatiuo significat prouideo. cum accusatiuo uito ac fugio

**C**Aueo uerbum & si sepe significat prouideo: ut cautum ita est lege: ornate tamen accusatiuo iunctum pro uito ac fugio usurpant eloquentes uiri: ut turpes uiri ingenii cauent mores.

Lxxii. præceptum Memini cum accusatiuo.

**A**T qui & memini rectius atque usitatius accusatiuo iunguntur quam genitiuo: ut memini platonis scientiam: & Virgilius in bucolicis. Numeros memini si uerba tenerem: nec mihi si in hisque potius solute orationis Virgilii maronis affe



ram testimonium: quem non solum poetam egregiam eruditum  
sed etiam rhetorice artis ubique obseruantissimum fuisse constat.

Lxxiii. præceptum Penitet idest parum uidetur.

**P**enitet me quid significat notissimum est: sed pro parum  
uidetur uersant oratores & præstantes doctrina uiri.

Lxxiiii. præceptum Vaco cum datiuo, attendo cum  
ablatiuo uacuum esse.

**S**ed idem sepe uerbum uariis constructionibus positum  
haud eandem retinet significatiōis uim. Vaco huic rei ē  
attendo huic rei: Et uaco hac re: est hac re sum uacuus  
& id quidem ornatissimum est: ut boni uiri dant operatur per  
turbationibus uacent: id est liberi & uacui sint.

Lxxv. præceptum De animaduerto & animaduersio.

**A**nimaduerto fere idē est quod uideo: & quodammodo  
intelligo: at animaduerto cum accusatiuo constructū in  
p̄posita idē sibi uult quod punio ut Speusippus animaduertit  
in seruum platonis: idest punit Platonis seruum: ex quo  
animaduersio punitionem quandam nonnunquam significat.

Lxxvi. præceptum De refero cum datiuo & accusatiuo me  
diante ad.

**R**efero item refero tibi hanc rem id est tibi narro. sed refe  
ro ad senatū: refero ad populum hanc rem: id est pono  
hanc rem in cōsultatione uel populi uel senatus: qui usus  
uerbi huius apud historiæ scriptores frequentissimus est

Lxxvii. præceptum Dare litteras tibi uel ad te

**Q**uid uarii quoque casus eidem uerbo sepe iuncti? nonne  
magnam ac longe diuersam uim habent: quale sit: Do  
Bibaculo ad Cesarē lras: nā datur bibaculo deferenti ut  
cesari reddat: ad quem mittuntur litteræ: eas igitur leget cesar:  
bibaculus uelut tabellarius quidā refert: nā qui refert litteras  
cōsueuit tabellarius appellari. Verum nequid huius rei ignores  
dare litteras significat scribere siue mittere litteras illas.

Lxxviii. præceptum Vnas binas trinas litteras pro una dua  
bus tribus exemplis dicimus.

**N**ec te fugiat: quod pro epistola dicimus litteras plurali  
numero. Nec obstat poetarum cōsuetudo: & pro una epi  
stola dicimus unas litteras: nam id nomē cū his: que plu  
raliter solum inflectuntur: pluralem quoque retinet numerum:  
une nuptie: une bige: una mœnia: sed ut ad propositum redeā  
pro duabus epistolis: dicimus item binas litteras nō autē duas:  
pro tribus epistolis ternas litteras non tres. pro quattuor litte  
ris quaternas: & que deinceps sunt consimili ratione.

Lxxviiii. præceptum Infinitiuā oratio pro coiunctiuā per  
uenuste ponitur.

*Vnas binas trinas  
x una, duabus, tribus*



**I**n finitiua oratio pro coniuunctiua perquam pulchra est. ut uolo te ad me scribere. cupio te athenas proficisci: Et illud terentianū Quid facere te in hac re uelim: significat enim qd uelim quod tu i hac re facias: Velim ciues omnes unanimes esse: idest uelim: quod unanimes sint & concordēs. Sed hoc tibi sit concinnius: ubi nullū sit ambigui sermonis discrimen: neque enim omnino rectum sit: si quis dicat: uolo te me amare: quanuis plerunque id suppositionis locum habeat quod infinitum uerbum continuo post præcesserit: Ut puta pyrrium romanos uincere posse idest credo quod romani possunt pyrrium uincere. Sed id pro uiribus caueat orator: quod modo præceptum erat de coniuunctiua atq; in finitiua oratione: præcipue in absolutis uerbis: uel ubi alteri casui fuerit adiecta præpositio seruandum sit.

Lxxx. præceptum Ex. uel. E. pro. A uel ab.

**E**X uel e prepositiones pro a: uel ab: sepe ornate ponuntur ut audiui ex maioribus nostris pro a maioribus nostris. Accepi e tuo patre: uel etiā de tuo patre. quero ex te id est a te: quod est consulo: & te interrogo: quod aduerte: & usui trade.

Lxxxi. præceptum De pro loco in & secundū.

**P**ro ornate ponitur loco in & secundum: ut pro rostris idest in rostris: pro tribunali. i. in tribunali: & alia pro uiribus tuis. i. secundū tuas uires: pro tui ingenii bonitate: & pro uirili tua: & similia.

Lxxxii. præceptum Sub in compositione aut clam aut dimminute significat.

**S**ub cōposita aut clam: aut dimminute significat: ut sub mouit me promouit me clam atq; occulte aut parū: ut subirascor tibi: quod est paululum irascor.

Lxxxiii. præceptum Morem gerere complacere & obsequi significat.

**M**orem gerere perornatū uerbum complacere significat atque obsequi: inde moriger: ra: rum: a mors quod difficilem significat: quod a morato: quod institutū significat: plurimum differt.

Lxxxiiii. præceptū Consequor pro exprimo.

**C**onsequor pro exprimo pulcherrime est: non possū igit uerbis consequi idest uerbis exprimere. litteris consequi idest per litteras explicare.

Lxxxv. præceptū Metuo & timeo multis casibus cōiunguntur

**M**etuo ac timeo uerba aliquando multis casibus coniunguntur: ut metuit Cicero a P. Clodio sibi extremum periculum: timeo mihi abs te mortem, Nonnunquam: ponū



tur absolute datiuo sibi iuncto: ut metui Pamphilo : Pamphil  
uitæ timeo: sed hic est poeticus usus.

Lxxxvi. præceptum Euađo pro fio. & efficio .

Vado pro fio: & efficio ornatū usitatūq; est: ut Cicero  
euasit eloquētissimus: Aristoteles euasit sūmus philoso  
phus: Cesar uero iclytus ipator: & d̄ aliis quoq; similiter

Lxxxvii. præceptum Fore futurum esse .

**F**ore semper futuram habet significationem: & est idem  
quod futurū esse. M. Cicero de oratore libro undecimo  
loquens de hortensio: quem quidem ego confido oībus  
istis laudibus: quas tu oratione complexus es: excellentiorem  
fore. & Crassus fore dicit inquit: ego uere esse iam iudico.

Lxxxviii. præceptū Quid iter dimidiū & dimidiatū interest .

**Q**uid inter dimidium & dimidiatum interest: nosse per  
utile est. Quom enim dimidiatum sit: quasi in partes  
duas diuisum nisi aliquid diuisū nō sit: dimidiatū dici  
non potest: dimidiū uero appellatur: non quod ipsum diuisū  
sit: sed quod ex dimidiato pars altera ē: Non igitur recte quis  
dixerit pro sententia. M. Varronis: ut ait Aulus gellius in no  
ctibus atticis: dimidium librū legi. dimidiam fabulam audiui  
sed dimidiatum librum: & dimidiatam fabulam recte quis dī  
xerit & dimidiatum quidē: exempli gratia digitū appellamus  
sed alterutram partem dimidium quod est accurate diligēter  
que inspiciendum.

Lxxxviiii. præceptū Inter sum presum quid differunt.

**I**nter sum autem conducit nos intelligere: que sint nomi  
num differentia ac uerborū discrimina. Nā ea quoq; res  
mirū in modū exornabit: ut si qui nouerint: qd differat  
presū & inter sum inter sese uerba pulcherrime quis dicat. M.  
C. publicis negociis non interfuit solum: sed presuit: quorum  
illud significat comitem alicuius rei: hoc uero ducem.

Lxxxix. præceptū Cōfiteor Profiteor Gratulor Gaudeo .

**C**ōfiteor non solum confiteor quod est per uim: sed etiā pro  
fiteor quod quidē est spōte & apud M. T. per sepe. Tibi  
gratulor: mihi gaudeo: nā gaudemus nobis: gratulamur  
aliis.

Lxxxxi. præceptū. Ago. refero. habeo. debeo .

**A**go tibi ago gratiam: quod quidem est uerbis: refero gra  
tiam: quod est re ac factis. habeo gratiam: quod est ī ani  
mo: debeo gratiam: ubi aliqua obligationis uis cernit &  
alias.

Lxxxxii. præceptū Hæc res mihi conducit. dono te hac re .

**H**æc res mihi conducit non ignorare nominum differentias ut  
uberior & ornatior nostra reddat oratio. Hæc res mihi  
conducit ē idem: quod mihi hæc res utilis est: & quod ce



teri plerunque dicunt dono tibi hanc rem: pulchrius dicitur: dono te hac re: ut miles nauali corona donatus est. Sabinos romani ciuitate donarunt: quod est ciues fecerunt: quod item dicunt: Sabinos romani in ciuitatem acceperunt.

Lxxxiii. præceptum Prepositio: que solet adiungi nomini: pulchrius uerbo adiungitur.

**I**nterdum uero præpositio: quæ nomini & casui preponitur: pulchrius uenustiusque uerbum precesserit in quibusdam uerbis: quale est si quis dicat: eo ad te: & dicat potius adeo te: & loquor ad te: potius te alloquor: cedit ex humanis rebus: excedit humanis rebus. Cedit de uita: decedit uita. & in aliis quibusdam consimili pacto.

Lxxxiiii. præceptum Minus aduerbium.

**M**inus aduerbium quanuis sepe significat non: nonnunquam tamen cum positiuo iunctum contrarie significationis comparatiuum demonstrat: ut Terentius Phedria nemo fuit minus ineptus pro prudentior: & sic nemo te minus formosus, i. deformior: & ita de reliquis.

Lxxxv. præceptum Quid inter decem annos & decem annis interest.

**Q**uotiens aut multos dies aut annos dicimus per accusatiuum casum longum intelligimus temporis curriculum & fere continuum: sed per ablatiuum significatur annorum siue dierum interiectio intermissioque: quare ut ait Marcellus optates rectius accusatiuo uti debent: siquid ad secundam fortunam attineat. Interest igitur si quis ita dixerit: decem annos in re militari uersatus sum an ita decem annis rebus bellicis operam dedi.

Lxxxvi. præceptum Cordi est.

**C**ordi homo etiam flexibiliter: cordi hominis: cordi homini: ut priscianus inquit significat iucundus: iucundi: iucundo sicut frugis: sed satius mea sententia Marcellus opinatus est dicit enim cordi est: id est animo sedet: nam hæc res est mihi cordi, i. placet: Terentius in andria. tibi he nuptiæ sunt cordi. M. C. de perfecto oratore: flumen aliis uerborum nobilitasque cordi est: & Lucilius probe declarat: quom inquit. Et quod tibi magnopere cordi est: mihi uehementer displicet.

Lxxxvii. præceptum De tantisper.

**T**antisper quod quasi est tandiu ornate post se deposcit dum quod ferme est donec: ut illud Terentii in eauton timerumenon: Tantisper te dici meum uolo: dum quo te dignum est facies. ego a te tantisper magna uoluptate afficior dum apud te uiuo.

Lxxxviii. præceptum Quid inter delecto & oblecto interest.



**M**V mihi carus est: ego te amo. tu mihi iucundus es: ego te delecto. Sed oblecto & delecto non similiter construuntur: nam dicimus delectat me hæc res: sed oblecto me hæc res: ut delectat socratem uite integritas. Pyttacus sese uirtute & doctrina oblectat. ego me oblecto ruri.

Lxxxviii. præceptum Fero hanc rem facile. moleste. moderate. equo animo.

**A**Ero hanc rem patienter seu patienti animo: splendidus dicitur: ego hanc rem facile patior. modeste fero & moderate: & equo animo: contra significatia aduerbia: grauius: acerbè: egre: moleste: iniquo animo. Hæc mihi iucunda res est mihi hæc res placet: contra molesta est: displicet.

C. præceptum De affero & dolet mihi.

**A**ffero communissimum uerbum est: & quo multis locis uti possumus: ut secunda fortuna affert mihi uoluptatem id est me delectat. aduersa fortuna affert mihi dolorem. i. dolet mihi: nam dicimus: hæc mihi res dolet: & doleo hæc rem. Sed redeo unde digressus sum: littere tuæ afferunt mihi admirationem. i. efficiunt ut admirer. Afferis testimonium. i. testificaris: & item dispersa est atque uaga huius uerbi obseruatio.

Ci. præceptum de perinde cum atque uel hac postposita.

**P**erinde ornatissime postulat post se uel ac uel atque: & habet eandem uim quam tanquam: ut camillus perinde atque omnium sapientissimus: & cherea perinde ac foret eunuchus & de hac re satis hæc dicta sint hætenus.

Cii. præceptum de coeo.

**C**oeo non solum absolutum est: sed nonnunquam peruenit casum habet accusatiuum absque præpositione: ut coeo societatem tecum: & hinc est illud A. gellii in noctibus atticis de pythagora: deque eius consortibus: quod quisquis familiarum pecunieque habebat: in medium dabant: & coibebatur societas inseparabilis: sed eodem Cicero pacto aliquando est eo uerbo usus.

Ciii. præceptum De mille hominum in singulari numero.

**M**ille hominum numero singulari significat mille homines ut mille hominum interiiit: hoc est mille homines interierunt: mille militum uulneratum est: id est mille uulnerati sunt milites: idque ornatum atque usitatum est.

Ciiii. præceptum De primus.

**P**rimus & si significat ordinem: quod nomen consequitur secundus: & tertius: & deinceps alia eiusdem ordinis nomina tamen multoties significat principale: ut hic est nostræ ciuitatis unus omnium primus: sepe significat optimum: sed id postremum in raro est oratorum usu.



Cv. præceptum De interdico.

**I**nterdico tibi hac re & non hanc rem : ut interdico tibi aqua & igni : plinius secundus in epistolis : carent toge iure: quibus aqua & igni interdictū est.

Cvi præceptū Que nomina ornate sincopantur.

**N**unc uero ad reliqua : neq; enim nisi inuitus omiserim : quod que nomina ad numerū spectāt: in eorū pluralibus genitiuis sincopam efficimus: idq; cum usitatum est : tū ad exornandam orationem pertinet : ut mille nummū potius quam nummorum: mille denarum mille aurum: tot millia argentum: & ita de reliquis : & id in genitiuis omnium nominū secundæ declinationis frequenter efficiunt.

Cvii. præceptū Citra centenarium & post uigenarium minor numerus maiorem eleganter præcedat mediante coniunctione.

**S**ed profam scribentes & solutam orationem in nominibus solum numeros & mensuram significantibus: atq; in numerorū nominibus eam plerunq; seruamus consuetudinem: ut circa centenariū numerū si quando post uigenariū duo numeri cōmemorādi sunt: ut eorū minor præcedat: maior sequatur: ut hic unū & uiginti annos natus: duos & uiginti annos uiximus: tres & quadraginta dies nauigauimus: quattuor & quadraginta annorū cōsumpsi etatem: sed ultra cētenariū: & citra uigenariū tritum ac uulgare seruamus sermonem : quod autē sicut duo de uiginti nonnunquā dicimus & duo detriginta: ita & duo de uigesimalium diem : & duodetrigesimalium manifestum est: sed non id quidem in frequenti est oratorum usu.

Cviii. præceptum In dies & in diem .

**O**vid in dies nonne pulcherrimus sermo : At significat per singulos dies & quottidie: sed cum quodam incrementō ut tua in dies accrescit uirtus: dies homines sapiūt: stultorum hominum in dies augetur infania . In diem uero idem ferme est quod dietim .

Cviiii. præceptum Ut in uerbis actionem aut passionem significantibus uarietati studendum .

**I**n uerbis tam actionem quā passionem significantibus considerare debemus uarias uocū inflexiones atq; exitus & mō iis: modo illis uti pro auriū iudicio : ut fuere pro fuerunt: amarunt pro amauerunt : uidere pro uiderunt : uidebere pro uideberis: norim pro nouerim : & de aliis quoque eodem modo. Sed ne quid fiat contra grammaticæ artis præceptiones ac iura prouidendum est .

Cx. præceptum De Quin .



**Q**uin particula quom uel inceperit uel exortetur : item confirmet & quodammodo interroget : satis exploratū est : sed ea nos pulcherrime utimur : quom dicimus : non possum quin gestiam : quin admirer . significat enim fere non possum me continere : ut nō gestia : non possum continere me ut non doleam . & ita de ceteris consimiliter .

Cxi. præceptum De locus est uel multum . aut nihil loci est huic rei .

**Q**uid illud nonne præclarum est usu ? locus est huic rei : multum loci est gaudio : plurimum est tranquillitati . Terentius & enim daue nihil loci est segnicie . significat omnia hæc uel oportere nos letari uel tranquillo esse aīo : uel uoluptate affici : uel non negligentes esse ac segnes : & sic in aliis huiusmodi .

Cxii. præceptum De magnopere & similibus .

**N**onnunquam uero duo nomina siue præpositione addita : siue unius aduerbii uim retinent : ut magnopere pro ualde : uel maximopere pro plurimū maiorem in modū pro maxime : mirum in modum pro mirabiliter : & item mirā dum in modum .

Cxiii. præceptū De in primis & similibus .

**S**ed ablatiui casus siue cum cōmertio præpositionis uel sine uim habet aduerbii : ut in primis significat enim p̄cipue . & id græci dicūt atq; aduerbiū ipsū si ita appellandū ē : perornate nominibus iungitur ut in primis sapiēs in primis eruditus : sed ne a proposito digrediar : paucis interdum pro paulum : multis pro multum utimur : uerum hoc alio loco opportunius .

Cxiiii. præceptum De gerit cum nomine magistratus siue imperii .

**I**lle etiā modus optimus est : ut si q̄s dicturus sit quempiam habere aliquem honorem seu magistratum seu imperiū : ut ex nomine honoris eiusmodi & gero ris uerbū : pulcherrimam constituit orationem : hoc pacto : hic est Romæ consul . rome consulem gerit : pretorem gerit : alia huiuscemodi : ad hos enim uiros rerum cura atq; administratio pertinet .

Cxv. præceptum De interlegendum & similibus .

**A**ditata & perpulchra est sermonis ratio : ut gerundi uox accusatiuis præposita inter significet tēpus imperfectū indicatiui uel subiunctiui modi : uel alterius etiam dum particulam : ut inter ambulandum hostes offendi : hoc est dum ambularem : inter legendū ridebas idest dum legeres : & sic pro uarietate personarum ita exponendum est : uti modo exēplifica uimus . Hinc Seruius in bucolicis Virgilia : inter agendum



dum agis:inter cenandum dum ceno:hæc sum locutus.

Cxvi.præceptum De in pro erga uel contra.

**I**N pro erga & etiam contra pulcherrima est accusatio præposita:ut meus in te animus:mea in te beniuolentia ubiq; enim significat erga.Iuuenalis inuehitur in domitianum:Cicero habuit orationem in catilinam:ibi enim cōtra significat.

Cxvii.præceptum De apprime.

**A**pprime pro ualde recte apponitur nominibus:quemadmodū de in primis superius dictum est:ut uir apprime nobilis:res apprime utilis.& sic de aliis consimili modo

Cxviii.præceptū Vt res apte coniungitur possessiuis.

**R**es nomen latum diffusumq; est:sed eo pulcherrime utimur:adiectis nominibus possessiuis:præsertim huiusmodi ut cum dicitur res bellicæ:res domestica.& sic de simili bus pariter.

Cxviii.præceptum De prestolor.

**P**restolor uerbum quod Poete accusatio plerunq; iungunt:Cicero connectit datiuo.

Cxx.præceptū Assentior & assentio. impartior & impartio.

**M**ulta sunt uerba:quibus pro eadem significantia & passiuua utimur uoce & actiua: & ut omittā pœne innumera bilia.Cicero frequēter ī his duobus modo passiuā modo actiuam uocem usurpat: Assentior & assentio ubique constructionis forma:Et impartior seu impartio: in ceteris autem id fit multo rarius.

Cxxi.præceptū Vsu uenit.

**U**su uenit ornatissime pro contingit ponitur.

Cxxii.præceptum Vsurpatio & usurpare.

**U**surpatio & usurpare ita intelligebant: ut iuriconsulti dicunt: Sed usurpationem oratores frequentem usum uocant:& usurpare in frequenti usu habere

Cxxiii.præceptum Deficit cum accusatio

**H**ec res me deficit:idest deest mihi hæc res: & deficit me dies:uita quamprimum mortales deficit:sed deficio hac re magis poetarum est.

Cxxiiii.præceptum Omnis pro omnes.

**N**unc autem ne ea que perutilia sunt & ornatissima:omitamus Intelligendū est quod que nomina tertiæ declinationis: tam nominatiuū quam genitiuū singularem habent similes:præsertim si genitiuus pluralis in ium exierit: eorum frequenter pluralis accusatiuus in is terminari solet:raro in es:ut omnis pro omnes:immortalis pro immortales: manes pro manes: similiter ut ipse quoq; testatur Priscianus in ns



uel in rs terminantia: ut fontis & tes : partis & tes : in reliquis rarius id fit: que est poetarum uenia.

Cxxv. præceptum De postridie .

**O**Vædam aduerbia sunt: quæ epistolis quammaxime congruunt: sicuti propediem: quamprimum: cito: cōfestim & itē postridie: quod multi litterarū ignari & grāmaticæ artis expertes exponunt post tres dies . Sed tu ne eodem ducas errore: crede postridie significare postero die: & eo pacto M.C. accepit: & alii eruditissimi uiri.

• Cxxvi. præceptū Primū deinde: preterea: adhuc postremū.

**A**T si quis multa referre uelit pro priore ponat primum uel primo: utrunq; est in usu pro secundo: deinde uel secundo loco: pro tertio preterea uel tertio loco: pro quarto quod perraro accidit ad hæc uel preterea: uel quarto loco: in calce postremum uel postremo & demum igitur huiusmodi exemplum: tria sunt: quæ mihi magnam uoluptatem asserunt: primum enim quod optimum amicū nactus sum: deinde autē quod singularem tuam erga me sepe testificaris beniuolentiā: postremum uero: quod te incolumem esse intellexi .

Cxxvii. præceptū De ordine harum coniunctionum enim autem uero .

**O**Va in re id quoq; animaduertendum est: quod tres minimus coniunctiones recto atq; usitato ordine: quæ sunt enim: autem: uero: sed tu ipse ac multa etiā plura facile cognoris: si Ciceronis scripta & in primis eius epistolis lectitabit .

Cxxviii. præceptum Memorix proditum est .

**M**emorie proditum est: significat scriptum est: multa n. talia ornatissime usurpantur uariis tamen significationibus: ut mēorie tradere: mādare lris: mādare scriptis mandare litteras monumentis: quorum ferme omnium eadē uis est: sed mandare memorie aliud sibi uelle uidetur .

Cxxviiii. præceptum Fallit me hæc res.

**A**llo uerbum tritum est apud Ciceronem . & fallit me hæc res dicimus fallit te spes: quod est frustratur: & decipit .

Cxxx. præceptum Missum facere .

**M**issum facere pro dimittere uenustum & ornatū est: nā missam hanc rem facio. i. dimitto .

Cxxxi. præceptū De ne & quidem .

**A**D hæc & eadem oratione due he particule ne & quidem pulcherrime sunt: si quis fuerit illis recte usus: nā cū pronuntiat semper. aut aliquid dictum est aut id mēte cōcipitur. ut ne audiui quidem . significat enim exempli causa non



solum non uidi: sed nec audiui. Item aliud exemplum: philosophiæ studia zeno non modo non intermittit: sed ne remittit quidem remittere namque philosophiā ē remissus philosophari.

Cxxxii. præceptū De ordine plurium sine cōiunctione.

**S**ed ea quoque adhibenda diligentia est: quod si quando plura ponimus presertim sine cōiunctione: quia articulus est. ut si idem significare uideantur: quod uehementius est: semper collocetur in calce: ut tua uirtus laudanda probanda que est: nam probare est magis quod sit animi iudicio. Magistratus diligere. amare. colere debemus. probatissimos uiros. homines uerentur: obseruant: admirantur quæ turpia: obserua: feda: terra sunt: ea fugere: & aspernari debemus. uirtutis officium summa laus est: nam habet officium accessionem actionis: sed in his quoque ordo quidam spectandus est: quod si tria sint quorum duo partem aliquam significant: tertium sit commune: id profecto debet plerumque in fine collocari: nisi se habuerit quodam generis modo: nunc enim econtra fit: quod nunc liquido ac perspicue patefecero: ac prioris exemplum est. Omnis in adipiscenda uirtute cura: opera: diligentia: ponenda est. est enim cura solius animi: opera corporis: diligentia utrumque complectitur. Item plurimum in rebus. industrie laboris temporis ponendum est. Amicos consilio: uiribus: opera adiuuare debemus. Alterius uero exempla sunt: non sunt per se res commode expetende diuitiæ. uoluptates: honores: commodum enim generis locum detinet: cuius species sunt multe: puta quas modo memorauimus: atque item animalia quæque homines: equi leones bonum uidetur appetere: sed ut cunque sese res habeat. si multa sint: quod pluris est: poni debet in fine. Iam uero ad alia.

Cxxxiii. præceptum Quisquis. ut ut. ubi ubi.

**M**ultoties geminatio in quibusdam tam uerbis infinitis quæ ad uerbiis tanti ualet: quanti id nomen semel & cū que: ut quisquis pro quocumque: quotquot pro quocumque: quātusquātus: pro quantuscumque: qualisqualis pro qualiscumque: ut ut pro utcunque: ubi ubi pro ubicumque: & id aduerte diligentius.

Cxxxiiii. præceptum Accedit.

**A**ccedit pro additur: tam usitatum quam pulchrum uideri debet: unde accessio additionem designat: igitur accedit ad meas miseras dolor. i. additur.

Cxxxv. præceptum Confido.

**C**onfido non sicut quidam arbitrantur. nescio quo pacto construitur. sed iungitur alias datiuo: alias ablatiuo casui: & in his potissimum uersatur: que ad animū spectat: ut cōfido tua uirtute: tua hūanitate tuo cōsilio & reliqua.



Cxxxvi. præceptum. Credo pro committo.

**Q**redo quoque pro comitto ornatissimum est. Ut credo tibi mea consilia. credo tibi grandem pecuniam: & sic de aliis.

Cxxxvii. præceptum Grandis maior: uel minor natu.

**G**rande adiectiuum nomen probe uel etati conuenit: uel pecuniæ: pecuniæ exemplum supra posuimus. Sed hic grandior Nestore uidetur: quod nestorem ante eat etate & hic est grandis natu significat longeuum hominem: atq; ad modum senem. Et quia de natu mentio facta est. Maior natu ornatissime significat seniore: sicut minor natu iuniorem:

Cxxxviii. præceptum De parenthesis.

**I**n super haud illepida sit interposita nonnūquam in oratione atq; interiecta parenthesis. Ut dedisti ad me: quæ mea est summa uoluptas: suauissimas litteras. Oēs amicos nisi fallor: plurimum admiraris. Scire uelim ex te: ea namq; amicorum est consuetudo: quid nuper in Mar. Antonii causa egeris: & ita demum te postulante nostrā orationem eiusmodi interpositionibus aspergamus.

Cxxxix. præceptum De increbuit.

**I**ncrescit res apud me increbuit fere significat ad aures meas: peruenit: & rei noticiam significat.

Cxxx. præceptum Nos nescire quid dicemus.

**N**escio hanc rem ignoro: præterit me: fugit me latet me: huius rei nescius sum: ignarus sum: hæc res scientiā meam fugit.

Cxxxxi. præceptum Reliquum est.

**R**eliquum est: hoc restat: perpulchre & magno cū ornatu idem significat: exemplū ē: omnia tibi & natura & fortuna tribuit: reliquū ē: ut bene & laudabiliter uiuas

Cxxxii. præceptum. Vulgo id est ubiq;.

**V**ulgo id est ubique & communiter dicitur: & orhatus sermo est.

Cxxxiii. præceptum Accipere pro audire & cognoscere

**A**ccipere pro audire & cognoscere peruenisse dicitur: ut accipi rumoribus: quorū ē incertus auctor. Accipi hominum fama: quæ certo auctore continetur. Accipi nūciis quos nūcius: & qui mittitur: affert: Accipi litteras quas ab amicis accepimus: & aliis item consimilibus locis.

Cxxxiiii. præceptum Hisce: hosce: hasce.

**D**emonominibus articularibus: demonstratiuis consueuerunt oratores addere ce adiectionem in his casibus: qui in s desinunt euphonie causa: ut hisce: hosce: hasce: pro his hos & has.



Cxxxv. præceptū. De trāslatione huius præpo sitionis cum.

**S**epe præpositio: quæ præponi solet: postpōitur: & signi-  
ficantia eadem manet: & in quibusdam quidem semper  
quæ sunt: mecum: tecum: secum: nobiscum. In quibusdā  
quoq; non semper: ut qui cum quo cum quibus cū te propter:  
ac etiam propter te idem significat: & sic quibus cum: & cum  
quibus: & in his potissimum ea præpositionum translatio fit:  
quæ modo enumerauimus.

Cxxxvi. præceptum Clam præpositio. potius quam aduer-  
bium

**A**lam plærung; præpositio est: & nonnunquā aduerbiū.  
Sed oratores præpositionē Potius accipiunt: siue iunga-  
tur ablatiuo: uti priscianus sentit siue accusatiuo: quod  
opinatur donatus. Ut clā me pfectus es: idest me nesciente.

Cxxxvii. præceptū Corā & præpositio & aduerbium

**A**oram cū accentu in prima syllaba præpositio ē & quid  
significet nemo ē: qui nesciat: cū accentu uero in ultima  
syllaba aduerbiū pulcherrimū ē: significās: ut ita dicam  
Preentialiter: quo frequētissime docti uiri utuntur: ut apud  
M. C. cupio tecū corā iocari: & corā tecū loqui.

Cxxxviii. præceptū De aduerbiis ī i & in u desinētibus.

**M**ulta aduerbia in i exeuntia etiā ī ipsis epistolis pulcher-  
rima sunt. sed hæc in primis ruri: uesperis: belli domi.  
Multā itē in o ut sero. serio. consulto. postremo modo.  
falso. merito. præcario. cætera uero in eodem exitu desinentia  
haud in frequenti sunt oratorum usu. In u uero crebra sunt.  
ut diu: cuius manifesta significantia est interdū: quod quasi ē  
infra mediū diei tempus. & noctu pro nocte: quod magis nomē  
unde diu noctuq; dicimus.

Cxxxviiii. præceptum. Nullus pro non.

**N**ullus nulla nullum nonnunquam pro non præsertim  
sum es est uerbo adiuncto: ut nullus sum idest iterū res  
publica nulla est: quasi non est: & extincta est idque etiā  
ornatissimum fuerit.

CL. præceptū Præsto sum idest adsum uel appareo.

**P**restum sum significat adsum. & fere appareo: & sic idem  
aduerbiū eiusdē uerbi modis oībus ac temporibus per-  
uenuste cōnectitur in eadē: quā modo posuimus signifi-  
cantia: ut præsto mihi fuit seruus tuus urbē ingredienti

CLi. præceptū. Licet mihi bono uiro esse uel bonū uirū.

**L**icet mihi esse bonum uirum: & licet mihi bono uiro ēē:  
utrunq; latine atq; usitate dicitur: sed id posterius ma-  
gis oratorium est.

CLii. præceptū Perpetuo & imperpetuū aduerbialiter.



**D**erpetuo & imperpetuum aduerbialiter pro eodem: & eis frequenter utimur.

CLiii. præceptum. Deuincio pro obligo.

**D**euincio uerbum cum pulcherrimum est: tum præcipue epistolis congruit: significat deuincio obligo: & deuinctus idest obligatus. sicut & sepe obnoxius: quod non solum trito more significat quod notum est: sed etiam deuinctum.

CLiiii. præceptum Collocare apud aliquem beneficium.

**C**ollocare apud aliquem beneficium est alicui beneficiū facere: ut apud gratos uiros beneficium collocaſti.

CLv. præceptum Gratificor.

**G**ratificor tibi hanc rem præclare usurpatur.

CLvi. præceptum De indulgeo & ignosco.

**I**ndulgeo uerbum est sane aptissimū: & splēdidi ornatus quod & datiuo iungitur: & ferme significat do operam: atq; ita exponitur: ut hic nimio somno indulget: id est nimis dormit. nimio cibo indulget. i. nimis comedit. nimio uino indulget: id est nimis bibit et reliqua consimili pacto indulgere est quasi concedere. et est uerbum luxuriosum quadam designans clementiā: et indulgentem parentem appellamus leniore erga filios ingenio: quare et ab ignosco plurimum differt. Est enim ignosco. parco. do ueniam. siue excusatū habeo. ignosco tibi igitur: si quid exempli gratia admiseris sceleris. indulgeo uero: ut multa agere impune queas: quorū uerborū discrimen diligentissime considerandū est.

CLvii. præceptum Tantus. Quantus.

**T**antus tanta tantū. et quantus eo modo se habent in oratione: ut raro alterū absq; altero ponatur: ut concio hec tanta ē: quāta ante hac unquā fuit. Tribuis mihi tantū: quātū nec agnosco: nec postulo: tantū in te ē doctrinæ: quātū in doctissimo solet inesse uiro: et ita in reliquis.

CLviii. præceptum. Ta is qualis.

**T**alis & qualis alterutrū creberrime ponitur raro utrumq;: ut talē solemus sentire uirū bonū. et subintelligimus qualē dicimus: e contra orator est illustris: qualis alter nullū reperiat: uerū hæc de his satis.

CLix. præceptum. Vel pro etiam.

**V**el pro etiam particula multis locis rectissime congruit ut Hannibal fuit imperatorum uel omniū primus: tua eximia uirtus: ut te amem: uel maxime impellit.

CLx. præceptum. Versor.

**V**ersor uerbum ī frequētissimo ē ueterū ac disertorū hominum usu: perdiffusaq; est eius uerbi significantia ac deniq; uariis pōt rōnibus exponi: ut ego uersor in litte



rarum studio id est de operam litterarum studio : uirtus circa  
difficile uersatur : id est uirtus in difficili consistit : uersa mur  
in tenebris : est fere sumus ac uiuimus & quasi stamus in te  
nebris & quod est exemplis superioribus declaratum : duos si  
bi plerumque ac frequentius casus postulat. Nam aut accusatiuo  
iungitur preposita circa: aut ablatiuo in precedente: nam cum ac  
cusatiuo: ut ante fundum uersari: ad portam uersabatur perra  
ro dicta sunt: sed quemadmodum ceteris rebus omnibus: ita  
huic quoque summa adhibenda est diligentia.

CLxi. preceptum. Enimvero. sin autem.

**N**onnunquam due particulae ornatissime coniunguntur:  
quarum eadem sit utriusque significatio: ut enimvero.  
nam pro explenda sententia altera dicitur ut sufficere po  
terat: & similiter sin autem sepe dicimus explende sententiae  
causa: eo in loco autem particula nullam omnino uim habet.  
Sin enim per se significat. sed si.

CLxii. preceptum. Quoad.

**Q**uoad pro quousque: & pro quando non minus ornate po  
nitur quam latine: ut uolo in urbe esse quoad tu redeas &  
ita in pluribus locis consimiliter.

CLxiii. preceptum. Suscipere.

**S**uscipere non solum quod tritum uulgatumque est: supra se ac  
cipere significat: & quodammodo adducere aliquid: sed et  
perornate in epistolis commendatum habere: ut suscepit Ci  
cerone Caesar in suis rebus aduersis: quae utique postrema signi  
ficatio haudquam: si quis inspiciat accuratius a priore illa alia est.

CLxiiii. preceptum. Positio adiuncta negatio contrarii posi  
tium plerumque uim tenet.

**O**ptima illa quoque ratio est: ut positio cuiusdam adiuncta  
negatio contrarii positium uim ac significationem teneat:  
sed ita plene tamen & cumulate illam expleat: cuius rei exem  
pla subiiciam: hic uir est haud improbus: significat enim fere  
hunc hominem probum potius quam improbum esse habendum & phi  
losophus haud ignobilis. histrio non illepidus. miles non instre  
nuus ciuis haud quaquam malus. Nam in his eorumque similibus: rec  
tius atque usitatius dicitur: quamuis laudis cuiusdam est: sed qua  
si diminue atque defraudate laudis.

CLxy. preceptum. Peto hanc rem a te.

**Q**uod grammatici frequentius dicunt. Peto te hanc rem: or  
natius nec minus latine dicitur: peto hanc rem a te: & id  
plurimum Cicero in epistolis consueuit.

CLxyi. preceptum. Conficior pro pereo.

**C**onficio passiuo uoce crebro usitatum est pro eo fere:  
quod est pereo: & confectus sum: & consumptus uir iops



ac miser fame. frigore. dolore conficitur. & sic a us erate estu  
conficitur atq; merore: labore & senio confectus & de aliis per  
multis itidem.

CLxvii. præceptum Ablatiui tum participiorum tum aliorū  
peruenustam reddunt orationem.

**A**blatiui casus non participiorū solū uerū etiā omnium  
aliorū in oratione perconcinne ponuntur: præsertim si  
qua fuerit significatio temporis: & participiis quidem  
manifestum est: ut regnante octauiano Cæsare parata est uniuersa  
orbis pax: quasi qua tempestate regnabat Octauianus Cæsar  
& aliud Dionisio syracusis tyrannum gerente grauissima in sy  
cilia bella sunt gesta: id est quo tempore syracusanorum Dio  
nisius tyrannus erat: sed eodem quoq; modo alia quædam se  
habent nomina: maxime uero si dignitatum. & bonorum exti  
terint: ut Cornelio & Galba edilibus currulibus acie in thea  
tro fabulæ sunt. Quidam addunt participiū existentibus: sed nos  
prohibemus: quod non ad uenustatē orationis pertinet addi op  
portere: & item Scipione cōsule peni deuicti sunt. Scipione im  
perante euersa est Numantia: & reliqua eiusmodi pariter

CLxviii. præceptum. De genitiuis cum possessiuis pronomi  
nibus.

**I**tem tam grammaticæ quam oratorie genitiuos quorum  
cunq; causaliū cū possessiuis quocunq; casu prolatis cō  
iungere: quod & priscianus tradit: ut mea causa uenit &  
cæterorū amicorū. Meum agrū & M. Antonii populati sunt  
tuo amico ac fratris gratificare: tuum imperatorem sectare. &  
comilitonum. O noster & fratris amice: sua ille confidit & cui  
um prudentia: atq; ita figuratur constructio in omnibus posse  
siuis. hinc Terentianum illud: meo præsidio atq; hospitis. idq;  
penitus inspiciendum sit.

CLxviii. præceptum. De nominatiuo possessiuo cum geniti  
uo possessoris.

**Q**uinetiam discretionis seu abundantie cuiusdam gratia  
solet addi cum genitiuo possessoris & nominatiuus pos  
sessiuus: ut suus est. C. Cæsaris mos. i. eius mos & non al  
terius. suus Ticii filius heres testamento constitutus est. suus.  
ut ipse quoq; priscianus exponit ad discretionē eius pertinet:  
qui secundū leges suus non est: id est sub potestate patris legiti  
mi non est. suus aut pro uniuscuiusq; proprio accipitur. Quod  
ipsum apud uiros et eloquentissimos frequens est.

CLxx. præceptum Quid distant die quarto & die quarta.

**D**ie quarta ut Nonius Marcellus testis est & die quarto non  
idem significat: sed masculino genere præteritum desi  
gnatur tempus: feminino futurū: quod uetustissimi tamē



aliter protulerunt: ut sit die quarto pro eo quod aliter Nudi  
us quartus dicitur: Nudius tertius & itidem de aliis.

CLxxi. præceptum. Quid interest inter tua causa & tui cau-  
sa feci.

**M**Va causa feci & tui causa feci: ne præter ueterum ac doc-  
torum consuetudinem aliquid efficiamus: & inter sese  
haud mediocriter discernuntur: nam tui causa tunc dici-  
mus siquid ei ad quem sermonem uertimus: tui præstiterimus  
ut tui cā ad antonii castra profectus sum qđ est tuendi tui grā  
Sed tua cā: cū tua: ut ita dixerim: contemplatione aliquid alte-  
ri præstiterimus: ut tua causa fratris tui causam egi.

CLxxii. præceptum. De differentia inter genitiuos primitiui  
& possessiui.

**Q**uia aliquid de his: quæ ad possessionem spectant: lo-  
cuti sumus: haud ab re fuerit: differentiā eam proferre in  
mediū: quæ est inter genitiuos primitiui & possessiui mei  
tui sui nostri & uestri: quā tandē priscianus pulcherrime attin-  
git. Vox nanq; eadē est: ut ut uis ipsa longe diuersa cum geniti-  
uis primitiui simplicē significat possessionē: possessiui uero du-  
plicem: ut mei amicus id est meus amicus: sed mei filii amicus  
duplicē continet possessionē: alterā meam in filio: alteram filii  
in amico: quod eo subiicimus: ne quom ornatum requirimus  
uerborū uim ignoremus ipsam: atq; in errorem quempiā in-  
prudentes incidamus: sed institutum prosequamur.

CLxxiii. præceptum. In mentem uenit.

**H**ec res mihi in mētem uenit dicitur: & cum genitiuo hu-  
ius rei mihi in mentem uenit: nec mihi cure est: an pro-  
nominatiuo genitiuus positus sit: utrunq; uero non so-  
lum poetæ sed etiam. M. C. u. surpauit.

CLxxiiii. præceptum. De tēporum commutatione.

**O**ratores sicut & poetæ persepe & præsentibus tempori-  
bus utuntur pro præteritis: nonnūquam & pro futuris:  
uerū id quidē multo rarius: sed econtra haud crebro fit  
nisi forte inquam uerbū: quod futuri temporis est: præteriti lo-  
co uel præsentis actipimus: sed multa quæ super his dici pos-  
sunt in aliud potius tempus seruamus.

CLxxv. præceptum. Similis genitiuo: & plenus datiuo.

**S**imilis & plenus nomina: quorum prius datiuo iūgitur.  
posterius etiam ablatiuo: oratores ut plurimum ac fere  
semper genitiuo coniungunt: ut similis es tuorū maiorū  
dignitatis officii plenus: nonnunquā uere sed perraro proferū-  
tur cum superioribus casibus:

CLxxvi. præceptum. Vt subiunctiuis imperatiua uerba iun-  
guntur.



**S**epenumero maioris significantie causa uel ornatissime imperatiuis subiunctiua iunguntur quod Cicero effice re sæpe solebat: quale est illud cura ut uir sis. & alio in loco scribens ad filiũ: effice & labora: ut excellas.

CLXXVII. præceptũ Curritur: Cenatur: Prandetur.

**D**ecurritur spacium: cenatur rationibus: prandetur consilia: pulcherrime dicuntur.

CLXXVIII. præceptum Vt transitiva uerba absolute proferantur.

**A**tem sicut absoluta interdũ uerba obliquis casibus adiunguntur: ita transitiva quoque: licet nonnunquã nõ solum pro grammatiorũ more sed etiam pro oratorũ consuetudine absolute proferre: præsertim uero si qua sui passio: cum actione ipsa significatur: qualia illa sunt: amo lugeo rideo metuo: quæ tamen transitiva sunt: nunc absolute proferuntur

CLXXVIII. præceptum. De terminatis in bundus.

**O**ve in bundus exeunt nomina tam similitudinẽ significat quod plerique arbitrantur: quã abundantiam quandã potius ac uahementiã ut gloriabundus non tam gloriati similis quã abũde sese uahementerque efferens: quã opinionẽ eloquentiũ: ac eruditissimorum ubique testimoniis comprobata: tu quoque firmiter amplectere. Nam ut alios omittã. Agellius probatissimus auctor. & sententia quoque doctissimi Apollinaris lectabundus dicitur: inquit qui abũde letus est. errabundus qui longo atque abundantia errore est: & tu quoque hisdem utere noĩbus

CLXXX. præceptum. De fretus.

**A**retus tam incerte originis: & ablatiuo iunctum pulcherrimum est. & significat fere confisum: ac munitum: ut uestra humanitate fretus: uestra fretus sapientia: nõ mea uirtute fretus.

CLXXXI. præceptum. Certiorem facere.

**C**ertiorẽ facere usitate atque fræquenter in epistolis usurpatur: Nã facio te hac re certiorẽ: ẽ tibi significo hãc re ut sepissime uelĩ: me de tua ualitudine facias certiorẽ.

CLXXXII. præceptum De habeo.

**H**abeo uaria constructione figuratũ plurimum ornatus habet: ut bene hæc res se habet: quod est fere ut ita dicã stat bene hæc res: & ita bene habeo me: & cũ participiis: bene me habens redeo rure: & contrarium aduerbiũ similiter ei uerbo iungitur: quod est male.

CLXXXIII. præceptum. De participiis futuri temporis.

**P**articipia sepe numero futuri temporis ornatissime usurpantur: ut scripturus sum ad scipionem litteras: quod est fere debeo scribere: & alia. Tu ad edes crassi iturus es



quasi ire debes. Cicero ē athenas pfecturus. i. debet athenas pfi  
cisci. Plancus in cyprū traiecturus est. fere est : nauigare debet  
in cyprum: quod idcirco ita exposuimus: quoniā is proprie na  
uigare: is trāsmittere. is soluere eum locū significat. unde pfi  
ciscitur is demum traicere dicitur quod eundem designat: q  
rate uehitur. ut Cicero soluit athenis: & in asiam traiecit. uerū  
ad propositū redeundū est. Illa igitur participia . que a uerbis  
manant passiuis passiuē quoq; exponi debent : ut cuius insons  
a ius est. mulctandus non est. i. mulctari & puniri non debet. sō  
res accusandi sunt. i. accusari debent. ut flagitiosus est . truden  
dus in carcerem. coniciendus in uīcula. & alia reliqua exponā  
tur. ut supra diximus. Nec tamen negauerim: quin eorumdem  
participium alia quoq; ratio sit. sed ea nos modoprosequimur  
in praesentia quæ uenustus eloquiū reddunt.

CLxxxiiii. præceptū De repetō .

**Q**uid repetō nonne pulchre ponitur: si quid ei accesserit  
neq; accusatiuus solū casus: sed etiam ablatiuus: repetō  
hāc rē memoria: quod nō teneo memoria significat: ut  
p multi existimāt: sed potius mēoria uoluto: reminiscor: & q̄ si  
obliuioni traditā rursū inuestigio memoria: hoc nos uti uerbo  
ornatissime poterimus: quādo eodem & ueteres eloquētissimi  
frequenter usi sunt: hinc illud Ciceronis in libro de oratore:  
cogitanti mihi & memoria uetera repetenti: & Africanus a Ne  
uio accusatus tribunoplebis: quod ab Anthiocho peccuniā acce  
pisset: cōmodissime eo uerbo usus memoria: inquit: quiritēs re  
peto hunc diem hodiernū esse: quo hannibalem penum inimi  
cissimum huic imperio uici in terra africa: & pacem nobis: ac  
uictoriā peperit inseparabilē: uerum captus ingenti uoluptate  
longius in africā uerbis referendis progressus sum: quamobrē  
ad nostrum institutum referat se oratio.

CLxxxv. præceptum Pro mori diem obire: oppetere & simi  
lia: pro uiuere autem uitam agere: degere etatem . & similia or  
nate dicimus.

**O**ptimum factu fuerit ne eidem aut modis orationis . aut  
uerbis utamur: & quod initio diximus: uaria plurimum  
probatu oratio: & si ueluti dixi: quibusdam flosculis  
aspergitur: ut pro mori: idem obire: mortem oppetere: animā  
expirare: uita decedere uel excedere uita: animam efflare: uita  
defugire: rebus humanis excedere: ex uita mitigare: res deserere  
humanas exire de uita: mortē obire: interire: occidere consimi  
liaq;. Et itē pro uiuere: uiuere uitā agere: degere etatem.

CLxxxvi. præceptum Vt ludo ludū: sic & uiuo uitā dicimus .  
& consimilia.



**Q**T ne sigillatim cuncta complectar. illud quoque hoc loco animaduertendum sit: quod sicut dicimus sepe ludo ludum. pugno pugnam. seruo seruitutem. doleo dolorem & similia. ita & interdum: uiuo uitam: uiuo felicem seu miseram uitam: ut si quis dixerit: qui expeditam uirtutem fuerint consecrati: hi uiuent beatam atque immortalem uitam: & qui praeclarum certamen certauerint: amplissimis donabitur muneribus & quod uariis dicimus orationis modis: id ipsum de singulis partibus intelligendum sit: ut pro oro rogo: praecor: obsecro: obtestor: pro quasi ferme fere: & alia tu ipse coniecta.

CLXXXVII. praecipuum Id genus.

**I**D genus pro eius generis: quod fere simile nomen exprimit: pulchre & usitate dicitur multa sunt: id genus monstrata: de multis id genus rebus loquuntur: quod est similibus: & ita in aliis.

CLXXXVIII. praecipuum Ex sententia.

**Q**X sententia quasi secundum uoluntatem: & prospere: ut gesta res est ex sententia: quod est: prout optabam. & id tibi euenit ex sententia & multis in locis consimiliter

CLXXXIX. praecipuum. Inferre.

**I**Nferre iniuriam: quasi iniuriam facere. Manus inferre alicui: est aliquem pulsare. Impetum in quempiam facere est ferire cum impetu quempiam: & quasi ui adoriri & irruere.

CLXXX. praecipuum. Dare ueniam.

**D**are ueniam pulcherrime est ignoscere: & licentiam concedere.

CLXXXI. praecipuum Ab initio etatis.

**A**B initio etatis habui te amicū: a teneris annis: a paruulo a primis etatis temporibus: a teneris ut graeci dicunt unguiculis: a cunabulis ipsis amicitia mihi tecum est: huiusmodi etas pulcherrime adolescentiam significat.

CLXXXII. praecipuum Ferire fedus.

**F**erire foedus optime atque optimis causis: & fecialium consuetudine significat foedus componere: ut per sepe iustum seu percussum foedus est constitutum & compositum.

CLXXXIII. praecipuum. Est mihi nomen Scipioni.

**Q**uod mihi nomen Scipioni. Scipioni cognomen affricano fuit: cui pago troiano nomen erat: & sic de reliquis dati uo casu perusitate dicitur ac pulcherrime: quae eadem & aliis quoque modis dicuntur: sed frequentius modos superiores apud eloquentes & doctos uiros inuenies.

CLXXXIII. praecipuum Aiunt fertur dicitur.



**Q**uom tritum uerbum nolumus ostendere: & quod i ore  
populi est: utimur uel impersonali fertur: uel personali  
uerbo aiunt: & nonnunquam dicitur: & eis singulis: ut  
praepoimus: & raro ita. & interdum quod exempla huiusmo  
di sunt. Nam sirenes: ut aiunt: surda debemus aure transire &  
ite: nam ita fertur: & ut nusquam tuta sit fides. item haud tur  
pe est: quod dicitur tumultuantem de gradu deiici.

CLxxxv. praepoim Mediam super noctem.

**N**onnunquam et ita dicimus noctem super mediam uigil  
uimus: quod est ultra mediam noctem: idq; et Seruius ip  
se testatur: et quorūdam ueterū cōprobat auctoritas.

CLxxxvi. praepoim Tendo.

**C**ontra sermonem tuum tendo est respondeo tibi. sicut  
et tendo contra iter: est tibi occurro: sed hoc haud i fre  
quenti usu oratorum inuenies.

CLxxxvii. praepoim Maeste.

**M**aeste magis aucte et glorie ac laudis sermo. et plerunq;  
ablatiuo iūgitur: ut maeste uirtute esto: idq; et poeteusur  
pant et scriptores historiarū: et demū oratores ipsi: qui  
sermo: ut multi eruditissimi tradunt: a sacris deductus est

CLxxxviii. praepoim Ad explicandū locū: siue genus genti  
le ac patrium effingimus.

**O**votiens alicui explicaturi sumus siue genus seu locum:  
gentile ac patriū nomen effingimus: quod qui secus ef  
fecerit: fortasse latine locutus sit: sed i llepide penitus at  
q; indecore ut qui fuerit a syracusis oriundus non de syracusis  
dicendum sed syracusanus est. non de athenis sed atheniensis:  
nō de clusio sed clusinus: atq; in generibus et famillis non de  
cū ablatō utimur ut multa: sed i de nomē efficim: ut nō descau  
ri sed scaurus: non de gracchis sed gracchus: non de carulis sed  
catulus: non de datis sed datus: quam quidē ad rem id merito  
afferendū sit: quod Plinius ipse aiebat quot deriuatiōes firmas  
non habet regulas: sed exeunt: terminanturq; uti ipsis auctori  
bus placet: sicut a tanro taureum: et taurinū dicimus: et quos  
nos romanos dicimus: dicunt græci romeos: quos nos carthagi  
nenses: illi charchidoneos: sed in ensis et in us atq; as quæ ad lo  
ca pertinent: frequentatōres terminationes sunt ut albanēis:  
cremonensis: clusinus tarentinus: lacedomonius: salaminus mi  
thyleneus: thebeus corinthius: syracusanus rebanus: arpinas: et  
sarsinas. alii quoq; sunt eorundem nominum exitus: sed ii fre  
quentiore usu celebrantur: quod idem et in quibusdā aliis fit  
quæ neq; a græcis nominibus fluxere: neq; loci ullius: ut teren  
tianus chremes: platonius Giges: socraticus Gorgias: quæ om  
nia a propriis profecta sunt: atq; originē traxere: sed quæ alia



hac de re dici possunt: tu ipse cogitatione complectere.

CLxxxviii. preceptum Conor.

**Q**onor hanc rem optime ac uenuste dicimus: presertim si difficilior sit & ardua: quo pacto cicero sepe utebatur: ut de perfecto oratore: magnum opus & arduum Brute conamur.

CC. preceptum Studeo.

**E**t studeo: si quid studiosius effecturi sumus etiam accusatio pulcherrime iungitur.

CCi. præceptum Desydero.

**D**esydeo uerbum pulcherrime positum: nam quom desyderiū sit absentiu rerū: p sepe dicimus: desydero amore tuū: quod est tu nō me amas: desydero prudentiā tuā quasi sis insipiens: & ita de aliis.

CCii. præceptum Complector.

**C**omplector perdiffusum est atq; ornatum uerbum presertim uero aliquibus adiectis hac ratione: ut te amore atq; beniuolentia complector: pro te amo: cogitatione complector: quod ē cogito: & id est animi: sicut facultate cōsequor est rei ipsius.

CCiii. præceptum De Gerundiuus.

**I**llud ignorandum non est: quod gerundiuus modus ab omni uerbo similiter procreatur: si quando nobis foret eo opus: ut cantando rumpitur anguis: ut ait Seruius dū cantatur: & in loco actiue dictum est: ut cantando tu illum: id efficere oratores atq; usurpare queunt.

CCiiii. præceptū De quarto pretor & quartum pretor.

**P**utant nonnulli nil interesse: si quis dixerit quarto pretor: & quartum pretor: & sic de ceteris: sed magna est in qua differentia: ut M. Varro testis est: quarto pretor locū significat: & tres antefactos: quartū uero pretor designat tempus: caue igitur diligenter ne preparam hisce utaris rationibus: ne quid contra ueterum atq; eloquentium morem consuetudinemque faciamus: quia tertium consul ac tertio consul non idem significant.

CCv. præceptum Ruri esse.

**S**ed ne plura iam sequatur: nā infinita pene huiusmodi precipi possunt. Id tene memoria quod nō rure esse sed ruri dicimus: quod Pōpeius festus affirmat: tū publius terērius cōprobat: ait enim ruri se continebat: quamobrē si qua reliqua sunt paucis expediamus. Nam quom pro cōficiēdis epistolis hæc potissimū attigerimus: si salutationis formulā ac regu



iam calendarum nonarum iduumque obseruatōem patefecerit:  
iure huic paruo instituto finem ac modum statuemus.

CCvi. preceptum De Vale & Salue.

**V**ale igitur ac salue uerba pro . M. uarronis & oīum doctis-  
simorum uiroꝝ sentētia idē significare uidentur: qbus  
nos alias ī salutādo alias ī execrādo utimur ex quo & te-  
retianū illud ē ualeāt: q inter nos dissiduū querūt ac mortuis .  
quoque & q e mortaliū uita dēcesserūt: qbus nullā huiusce lucis  
optare salutē possumus: nōnūquā uale dicimus: & ueteres ipsi  
quondā eisdem idē uerbū p more dicebant quasi nihil plus si-  
bi uiuentibus cū mortuis futurū esset: & imperpetuū ab eorū  
iā aspectu discederent nā neque ualēt illi: neque salui esse possūt.  
ob eandemque rē adduūt nonnulli bene aduerbiū feliciterue  
aut si qua alia sunt eiusmodi significātie: uerumtamen in epi-  
stolis ipsis quas plerūque ad amicos mittimus uale ī fine dicere  
cōsueuimus absque ulla aduerbii accessiōe: perinde atque amicis  
uite salutē ac felicitatem exoptemus: quid igitur uale sibi que-  
rat. quoue pacto illo utendum sit: nosti.

CCvii. preceptum Dico tibi salutem: iubeo te saluare.

**R**o saluto aut nos dicimus salutem dico: & quem salu-  
tari cupimus: datiuo casui aptissime apposuerimus: ut  
uale: & Cesari dic salutem. Alia quoque erit salutādi rō:  
ut iube Scipionem saluare: quod est Scipionem saluta. Nam is  
modus uim quandam desyderii continet: & pro antiquorum  
consuetudine infinitus modus in alium transit: ut iubeo te sal-  
uere. i. salue: iubeo te gaudere pro gaude.

CCviii. præceptum Meo nomine uel meis uerbis pro mea  
ex parte.

**Q**uod uero alii ex mea parte dicunt: multo quidem orna-  
tissime dicitur & meo nomine uel meis uerbis .

CCviiii. præceptum De calendis nonis & idibus.

**Q**uotam aut cuiusque mensis diē uelimus intelligi calēdis  
nonis idibusue notamus: neque quid ille sibi uelint: nunc  
explicat cōsiliū est sed quo pacto dicamus singulorum  
mēsiū dies ab eis annotationē suscipiūt. Quāobrem itelligendū  
in primis est primos cuiusque mēsis dies calendatū appellatōne  
notari secundum quas nonarū dies constituitur: & in aliis qui-  
dē mensibus septima luce. Martio. Maio. Iulio Octobri. in aliis  
autem quinta Ianuario. Februario Aprili: Iunio: Augusto.  
Septembri Nouembri: et Decembri: atque omnes hi dies qui in-  
ter calendas et nonas intercesserint: nonarum cognominatione  
censetur: ubi et numerum meminerimus ac nonas ipsas et ca-  
lēdas ablatiuo casu cōstituimus: has accusatiuo: sed iter nume-  
randū & prepostero utemur ordine: & nonarum diem cōnume-



rabimus: at nonis exactis proximos octo dies idem in quoquo mense similiter iduum cognominatiōe significabimus: sed pari rōe tum ordinis tū & annumerationis: reliquos uero eius mensis: quotquot supfuerint dies: calendarū appellatiōe notabimus que futuri ac proximi sunt mēsis: neq; ordinis neq; numerationis ratōne imutata: atq; id omne exēplo illustrandum est: sicq; Martius ipse nobis exēplo cuius curriculum uno ac trigesimo die conficitur. Primus itaq; dies calende erunt martii. Secundus sexto nonas martii. Tertius quinto nonas martii. Quartus quarto nonas martii. Quintus tertio nonas martii. Sextus non secundo nonas dicitur: sed pridie nonas: & ita in idibus atq; calendis: Septimus dies none erūt mar. Octauus octauo idus martii. Nonus septimo idus martii. Decimus sexto idus martii. Undecimus quinto idus martii. Duodecimus quarto idus martii. Tertiusdecimus tertio idus martii. Quartusdecimus: pridie idus martii. Quintusdecimus idibus martii. Sextusdecimus septimodecimo calendas apriles: quia is mensis consequitur. Decimusseptimus sextodecimo calendas apriles. Decimus octauus quinto decimo calendas apriles: Decimus nonus quartodecimo calendas apriles. Vigésimus tertio decimo calendas apriles. Vigésimus primus duodecimo calendas apriles. Vigésimus secundus undecimo calendas apriles. Vigésimus tertius decimo calendas apriles. Vigésimus quartus nono calendas apriles. Vigésimus quintus octauo calendas apriles. Vigésimus sextus septimo calendas apriles. Vigésimus septimus sexto calendas apriles. Vigésimus octauus quinto calendas apriles. Vigésimus nonus quarto calendas apriles. Trigésimus tertio calendas apriles. Trigésimus primus & nouissimus pridie calendas apriles: & in ceteris omnibus eadem seruanda est ratio. Dieꝝ aut numerus haud te lateat: qui in promptu ē omnibus.

CCx. præceptū pridie calēdas: pridie nonas: pridie idus.  
**P**ridie aut calēdas: pridie nonas: pridie idus dicitur: & significat qđ uetustissimi dicebāt die pristini pro aduerbio quod significat die pristino: & sic puetusto more die crastini: & die qnti & die qnto similiter p aduerbio: Vex nos priscā nimis & horridiorē uetustatē ubiq; fugere ac uitā debemus: ac bene & preclare Cesar precipe solebat tanquā scopulū sic fugiendū esse inauditum atq; insolens uerbum. Pro genitiuis aut mensium rectius possessiua noīa finxerimus ut pro calendis martii calendas martias dixerimus: & ita apriles: maias iūias iulias: aut qntiles: augustas aut sextiles: septembres. & ita ianuarias & februarias. Quod autem in calendis: Nonis Idibusque ablatiuo casu iūgimus, idem possumus in accusatiuū



tráfferre & ad præponere, sed id significat tempus fere diutur-  
nius : ut decimo kalendas februarias dedisti ad me litteras .  
Ego uero ad octauum Idus ianuaras ad te scripseram : habet  
enim uim temporis uehementiorem hoc posterius . Ne igitur  
plura scribã: hec mihi in presentia sese obtulerũt: quæ adnota-  
tu digniora uisa sunt: queq; tibi in multo plus fortasse condu-  
cent quã illorum p̄ceptiones : qui easdem & epistolis & oratio-  
nibus partes tribunt: quorũ penitus eripiendus est error : atq;  
ita sentiendum: ut in litteris ipsis apte cõcinne dilucideq; scri-  
bamus : ac nostram sententiam atq; mentem quamcõmodissi-  
me aperiãmus . Quod cum hec diligenter teneris : ex infinito  
pene harum rerum numero alia quedã non minus fortasse uti-  
lia sed multo grauiora subnectam. Quamobrem ut facis: cupi-  
dissime studia litterarum complectere : & que in dies asseque-  
re: ad exercitationem acommoda. Vale.

FINIS .

Hoc opus diligenter emendatum impressum est Me-  
diolani per Antonium zarotum opera & impen-  
sa Iohannis legnani Anno. M. cccc.  
lxxxvi. die. xxiii. Decembris .

1486. 23 Dic.







Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly obscured by water damage and ink spots.

























Biblioteca de Catalunya

Reg. 201.911

Sig. \_\_\_\_\_

Inc. 41-42

34

40

4053

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001959080



